

QK.430,23^a DISSERTATIO. CRITICO. PHILOGIC

DE

GRAECORVM. PROVERBIO

ΠΡΟΣ

KENTPA. ΛΑΚΤΙΖΕΙΝ

AD. LOCOS

ACTORVM. VIII. 5. ET. XXVI. 15

ILLVSTRANDOS



Q V A M

I N D V L T V

AMPLISSIMI. PHILOSOPHORVM. ORDINIS

I N

ACADEMIA. LIPSIENSI

PLACIDO. ERVDITORVM. EXAMINI

PVBICE. SVBMITTVN

P R A E S E S

M. IO. GEORGIVS. HAGERVS

OBERKOZAVIENSIS

E T

R E S P O N D E N S

ADAMVS. IOANNES. KAPPIVS

THEOL. ET. PHIL. CVLTOR

LIPSIAE. D. XX I I I I. SEPTEMBR. A. O. R. CID IOCC XXXVIII

EX. OFFICINA. LANGENHEMIANA

82

II
695



Dissertationis theologiae
GRATIARUM PROBATRIE
KONTAKHIN
SENATUAE CEREMONIALE
PRAESIDIUM IN TISSIMO
CONSTITUTARIIS
ASSISTORIIS
EXIMIS PATRIBUS AFRICIS
TUTORIBUS AVITISSIMIS
PATRONIS SAVITISSIMIS

INCLVTA
HOC STUDIORIBVS
QVI. BARVTHI. EST
SENATVS. ECCLESIASTICI
PRAESIDI. EMINENTISSIMO
RELIQVIS. QVE
CONSILIARIIS
ET
ASSESSORIBVS
GRAVISSIMIS
VIRIS
EXCELLENTISSIMO
MAXIME. REVERENDIS. AMPLISSIMIS. QVE
EXIMIIS. PATRIAEC. FVLCRIS
PVRIORIS. COETVS
TVTORIBVS. VALIDISSIMIS
PATRONIS. SVIS. OPTIMIS

HOC. STVDIORVM. SVORVM. SPECIMEN
LEVIDENSE
SVMMA. QVA. DECET. ANIMI. PIETATE
MORE. ANTIQVO
D. D. D
SIMVL. QVE
OMNEM. PROSPERITATIS. CVMVLVM
PATRONIS. SVIS. CERTISSIMIS
EX. ANIMO. PRECARI
SE
VERO. ET. STVDIA. SVA
DE. MELIORI. NOTA. COMMENDARE
VOLVIT. DEBVIT
TANTORVM. NOMINVM
CVLTOR. DEVOTVS
M. IO. GEORGIVS. HAGERVS
OBERKOZAVIENSIS

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Prooemium docet, studium Philologiae sacrae feliciori bode cum successu, quam olim, posse pertractari.

SECTIO I.

Qua verba: πρὸς κέντρα λαντίζειν, a proscriptione e loco Act. VIII, 5. Cl. I. A. BENGELII vindicantur.

§. I. Repetuntur verba oraculi nostri adducuntur, examinantur et refutantur, cum ex fontibus, tum ex translationibus. §. V. Firmiora argumenta pro verbis nostris restituendis proferuntur. §. VI. Ratione ordinis nostrorum verborum tollitur.
§. II. Notatur audacia criticorum generatim, speciatim vero Cl. BENGELII.
§. III. et III. BENGELII argumenta

SECTIO II.

Qua verba: πρὸς κέντρα λαντίζειν, explicantur.

§. I. Afferuntur verba: πρὸς κέντρα λαντίζειν, merito inter prouerbia locum occupare. §. II. III. IIII. Illorum origo non est ex Hebraeorum lingua petenda. §. V. Neque ex latina, sed graeca, hinc §. VI. Quid fuerit κέντρον apud Graecos eruatur. §. VII. Origo et explicatio bu-

ius prouerbit suppeditatur. §. VIII. Dicta ad Loc. Act. VIII, 5. et XXVI, 14. accommodantur, et sinistra horum verborum explicatio reicitur. §. VIII. Translationes tandem germanicae antiquae oraculi nostri adduntur.

PROOEMIVM.



In unquam sacrae Philologiae studium diligentissime atque indefessa excollerunt opera viri longe doctissimi; Recentiorum certe temporum eruditissimi, et in iis praे omnibus his, qui Protestantium nomine venire solent, hanc laudem potissimum tribuendam esse, qui negabit, putamus esse neminem. Veterum hacin eruditionis parte merita deprehendimus quidem magna; Recentiorum vero longe maiora, immo maxima. Antiquos sacrarum litterarum interpres minime, vano nouitatis studio abrepti, prorsus contemnimus, aut hodiernos nimium, quam par est, extollimus, sed id afferimus, quod ipsa experientia, et quod ipsa historiae Theologiae Exegeticae monumenta luculentissime demonstrant. Difficile prosector iter sine duce;

A

Sic

Sic sine praeceptis ardua in scientiis est via. *Inter veteres autem, ut
verbis b. IOAN. IACOBI RAMBACHII vtamur, nulli propemodum ex-
itterunt, qui de hermeneutica sacra in doctrinae formam redigenda co-
gitauerunt; Regulas tantum hermeneuticas tum generaliores, tum specia-
liores ex longa obseruatione sibi comparauerunt, quarum beneficio scriptu-
ram intelligere ac interpretari pro more suorum temporum potuerunt.
Nostro tempore, per DEI fauorem, brevior et expeditior via ad sacrarium
exegeseos parata est, postquam tot eruditii viri in componendis institutio-
nibus hermeneuticis operam et ingenium exercuerunt.* *) Quum igitur
solida et perspicua, quae tamen omnino requiritur, institutione carue-
rint prisci aeui sacrarum litterarum cultores, quid mirum, quod tantos,
ac nostri saeculi homines haud fecerint, neque facere potuerint pro-
gressus? Nostra adeoque aetas pluribus, iisque utilissimis, iam gaudet
subsidiis, quibus fere destituti fuerunt antiqui. Omnia vero, quae no-
stro in primis aevo diligenter exculta sunt, et in dies magis magisque
sedulo excoluntur, adminicula hic recensere neque tempus, neque lo-
cus in praesenti nobis permittit. Prouocamus tantummodo ad insigne,
quod praestat lectio scriptorum Graecorum, subsidium. Non omnes
quidem veteranum prorsus hoc neglexerunt adminiculum; Nonnullis ta-
men, ut constat, inique satis, proh dolor! placuit omnes scriptores
profanos, tanquam insidiosos maximeque periculosos, immo, ut flam-
mis dignissimos libros proscribere. **) Felicia certe cum luce re-
ligionis verae apparuerunt tempora, quibus iterum, depulsis tenebris,
iustum

*) Extant haec verba in Institut. Hermeneut. sacrae, Ienae, 1732. 8. in Pro-
legom. §. VIII, p. 5. Non opus esse, arbitramur, ut pluribus s. v. RAM-
BACHII asserta probemus, quum nulli, nisi plane historiae litterariae ex-
perti, haec incognita esse possint. Nobiscum consentientem vide praeterea D. IO. FRANCISCV M BVDDEV M in Ifagoge Hist. Theol. Libro
posteriori c. VIII, §. 2. p. 1242. sq. Edit. 1730. Et quem primo loco ap-
pellare debuissent magnificum et s. v. D. VAL. ERNEST. LOESCHE-
RVM, in Breuiario Theol. Exeget. Francofurti, 1715. 8. in lucem edito c. I,
§. 4. p. 2. veteres, inquit, habebant Theologiam Exegeticam quoad mate-
riam, et si illa in formam debitam nondum fuerit redacta, quod tentauit
primum FLACIVS, prosequatus est FRANCIVS, perfecerunt vero DANN-
HAVERVS, PFEIFFERVS, BAIERVS, REINHARDVS, aliquie. Reli-
quos, in re tam clara, ut taceamus testes.

**) Pluribus hoc probatum dedit laudatus antea RAMBACHIVS l.c. Lib. III,
c. 7. §. 1. p. 557. Quibus adde s. v. D. FRID. GVL. SCHVZI nostri
Diff. I, de combustione librorum haereticorum sub praefidio 10. SCHMI-
DI quondam hic Lipsiae, 1696, habitam.

iustum pretium his auctoribus statuere, illosque consulere incepérunt
viri doctissimi. Felicissima vero nostra aetas praedicanda est, qua con-
citatō quasi agmine eximium, quem praebent scriptores Graeci, vsum
in Philologia sacra prudenti eruere consilio laborarunt Philologi illu-
stres. Cui, quae sumus, ignoti sunt labores haud contemnendi CORN.
ADAMI, IOAN. ALBERTI, LAMBERTI BOS, IO. DOVGTAEI,
TOB. ECKHARDI, IAC. ELSNERI, IO. ALBERTI FABRICII,
IO. FRID. A HOMBERG, CAROLI HENR. LANGII, IO. HENR.
MAII, VTRIUSQUE, IO. MARKII, GEORG. LVDOV. OEDERI,
IOANNIS PRICAEI, GEORG. RAPHELII, HENR. SCHAR-
BAV, CHRIST. LVDOV. SCHLICHTERI, CHRIST. SCHOETT-
GENII, IO. CONR. SCHWARZII, IO. VRIEMOET, IO. GEORG.
WALCHII, IO. CHRISTOPH. WOLFII, aliorumque? Qui omnes,
ni fallimur, abunde suis exemplis docuerunt, quales fructus ex lectione
exterorum scriptorum percipere possit noui foederis interpres. Extra
omnem profecto dubitationis aleam, positum est, quod ad significatio-
nes vocum, vel semei, vel raro in novo foedere occurrentium, rite
pernoscendas, ad ambiguitatem earum, quam faepius prae se ferre vi-
dentur, depellendam, ad varios loquendi modos illustrandos, aut confir-
mandos, ad ritus explicandos et ad puritatem N. F. quam multi, satis
temere in dubium vocarunt, vindicandam, multum omnino conserat
scriptorum Graecorum prudens et sobria lectio. Quam insignem uti-
litatem pluribus facile ostendere possemus, si ea, quae ab aliis vel decies
dicta sunt, hic repetere, aut soli, vt aiunt, lucem accendere animus es-
set. *) Neque iniqua quorundam, etiam hodiernorum, qui soli sapere

A 2

affe-

*) Laudabili conatu hoc fecerunt b. d. IO. FECHTIUS in praefat ad
GEORG. RAPHELII Annotationes philolog. in N. F. ex XENOPHON-
TE praemissa, Hamburgi, 1709. 8. Celeb. RAMBACHIUS in Institut.
hermeneut. Lib. III, c. 7. p. 554. sqq. d. IO. GEORG. WALCHIUS in
Prolegom. ad obseruat. in N. F. libros, Ienae, 1728. 8. IO. FRID. A HOM-
BERG in praefat Parergorum Sacr. Vlraetii, 1712. 12. IO. ANDR. CLEF-
FELIUS in Diff. de interpretatione N. F. ex scriptoribus profanis, Witteb.
1722. 4. IO. GODOFR. LAKEMACHER in Oratione de utilitate, quam
ex scriptoribus Gracis profani capere potest V. F. interpres, inserta obser-
uatt. P. III, p. 300. sqq. Helmst. 1729. 8. CHRIST. LVDOV. SCHLICH-
TER in praefat. ad Decimas S. Bremae, 1732. 8. MARTIN. FRISIUS in
Diff. de vsu et abusu Graecorum in primis Scriptorum in illustr. N. T. voca-
bulis dicendique modis, Kilonii. 1733. 4. TOB. ECKHARD in praefat. ad
obseruat philolog. ex ARISTOPHANTIS Pluto, Quedlinburgi, 1733. 4
Aliisque, quorum scrinia compilare nolumus.

affectionat et aliis, sed rudioribus, hoc persuadere gestiunt, doctorum iudicia de hoc subfudio lata examinare, vel refellere placet. Discussione superfedere possumus, vbi ipsa loquitur veritas, et ea, quae plerumque ex ignorantia, aut carpendi pruritu in medium afferuntur, refutatione haud digna sunt. Optima quaevis semper inuenient osores, immo et obtreccatores; Inuenient vero et laudatores, et, vt decet, cultores. Bono igitur cum DEO, primitias academicas edituri, constitui-mus, vestigiis eorum, saltem ex parte, insistere, qui magnam ex lectio-ne scriptorum Graecorum utilitatem interpreti facrorum craculorum noui foederis sperandam esse ostenderunt, et ipso exemplo, quantum per nostras, quas admodum exiguae esse probe scimus, fieri poterit vi-res, demonstrare, quod ea, quam fouent, sententia cum veritate conueniat. Elegimus prouerbium πρὸς κέντρον λαντίζειν, quod occurrit A. VIII, 5. et XXVI, 15. ex Graecis praecipue scriptoribus nostra qualicun-que opella illustrandum. Diffiteri vero nolumus, verba cuiusdam viri celeberrimi nos paene ab instituto nostro deterruisse, nisi paullo curatius ea inspexissemus. *Futilem*, inquit vir maxime venerabilis, *ex isti-mo diligentiam, ad proverbiales sacri codicis loquutiones non dissimiles dicendi modos ex aliis auctoribus appingere.* *) Dubitat enim, vtrum ad sacrarum litterarum dilucidationem aliquid conferat, si plurimi alias ex Graecis et Latinis auctoribus dictiones afferant, in quibus non diuer-sa mens esse videtur. Dissuadet adeoque hunc laborem, quia omnibus in proverbiis obscuritas quaedam ineft, obscurum vero dictum per aeque obscurum illustrari nequit. Sed salua res est. Non omnes, sed iſtos, quorum quidem nullum adduxit, plurimos, qui nihil, nisi verba obscura, per aeque obscura explicare studerent, haec verba feriunt. Et haec, quae primo intuitu duriora videntur dicta, mitius intelligenda esse censemus, vti ex antecedentibus illius verbis suspicamur. Semper, ait, **) credidi, nec villo modo in dubiis euocare volui, non utile solum, sed necessarium esse, vt profani scriptores ab interprete Noui Testamen-ti conferantur. Vsum adeoque rectum concedit, abusum taxat vir do-stissimus. Cui sententiae et nos libenter subscribimus. Hinc ad rem ipsam

*) Proposuit haec verba S. R. D. 10. LAVR. MOSHEMIVS in cogitationibus de eo, quod iustum est circa litterarum sacr. ex profanis scriptoribus interpretationem et emendationem, Kilonii, 1720. editis et deinde in syn-tagn. Diff. ad sanctiores disciplinas pertinent. cum vindicis Lipsiae, 1733. 4. § 9. p. 240. recusis.

**) c. I. in vir:dictiis ad §. I. p. 169.

ipsum progrediemur. Vbi ita versabimur, ut primum loco Act. VIII., 5. verba: σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λαντίζειν, quae Cl. 10. ALB. BEN-
GELIVS in sua N. F. editione proscriptis, vindicaturi, deinde prouer-
bium ipsum explicaturi sumus. Faxit Deus feliciter! Vos vero L. B.
conatibus nostris faueatis, et si quid minus recte dictum videtur, ve-
niam nobis ut detis prolixissimam, humanissime rogamus.

SECTIO I.

Qua loco Act. VIII., 5. verba: σκληρόν σοι πρὸς
κέντρα λαντίζειν, vindicantur.

§. I.

Act. VIII., 4. 5.

v. 4. Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν,
ῆκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ
Σαοὺλ, Σαούλ, τί με διώκεις;

v. 5. Εἶπε δὲ, τίς εἰ κύριε; ὁ δὲ
κύριος ἔπειρ, ἐγώ είμι Ἰησοῦς ὃν
οὐδεὶς διώκει. σκληρόν σοι πρὸς κέν-
τρα λαντίζειν.

Act. XXVI., 14. 15.

v. 14. Πάντων δὲ καταπεσόν-
των ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσε φω-
νὴν λαλούσαν πρὸς μὲν, καὶ λέγου-
σαν τῇ ἐβραιΐδι διαλέκτῳ, Σαούλ,
Σαούλ, τί με διώκεις; σκληρόν σοι
πρὸς κέντρα λαντίζειν.

v. 15. Εγώ δὲ ἔπειρ, τίς εἰ κύ-
ριε; ὁ δὲ εἶπεν, ἐγώ είμι Ἰησοῦς ὃν
οὐδεὶς διώκει.

Sic exhibentur fere in omnibus, quae vñquam in lucem prodierunt,
N. F. editionibus oraculi nostri verba. a) Recedunt quidem non-
nullae ab horum verborum lectione; Sed admodum incaute, ut nobis
videtur. Id quod pluribus in praesenti ostendere est animus. Abs
re vero haud alienum iudicamus translationes Syriacam et Vulgatam,
ut appellant, HIERONYMI prius adducere.

A 3

TRANS-

a) Sequuntur editionem N. F. ROBERTI STEPHANI primam, Lute-
tiae, 1546. VII. Id. Nouembr. 16. Plura de illa infra dicemus. Hic ob-
seruamus, vitium typographicum procul dubio occurtere nostro in loco
Act. XXVI., 14. a STEPHANO non annotatum. Scilicet verba: τί με
sic: τί μὲ, inuenies exscripta. Accentus in voce με locum habere non pot-
est, vt docent Grammatici. Hinc recte Act. VIII., 4. με Accentu caret in
Edit. cit.

TRANSLATIO SYRIACA. b)

Aa. VIII, 4. 5

A&G. XXVI, 14. 15

TRANSLATIO HIERONYMI. c)

Act. VIII.

Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille: Ego sum Iesus quem tu persequeris. Dürum est tibi contra stimulum calcitrare.

Act. XXVI.

Omnisque nos cum decidi-
dissimus in terrain audiui vo-
cem loquentem mihi hebraica
lingua: Saule, Saule, quid me
persequeris? Durum est tibi
contra stimulum calcitrare Ego
autem dixi. Quis es domine?
Dominus autem dixit. Ego
sum Iesus Nazarenus, quem tu
persequeris.

§. II.

- b) Sistimus verba Syriaca, vti leguntur in Edit. AEGID. GVTBIRII, Hamburgi, 1664. 8. In Bibliis Polyglottis, quae edidit BRIANVS WALTON, Londini, 1657. VI. Tom. Fol. Tomo V, p. 550. sic redduntur latine haec verba: Act VIII, 4. Et cecidit in terram, audiitque vocem dicentem sibi, Saul, Saul, quid me persequeris? durum est tibi calcitrare ad stimulos v. 5. Respondit ipse et ait: Quis es domine mi? At dominus noster dixit, ego sum Iesus ille Nazarenus, quem tu persequeris; Act. XXVI, 14. Et omnes cecidimus in terram, arque audiui vocem dicentem mihi hebraice, Saul, Saul, quid me persequeris, durum est tibi calcitrare in stimulos. v. 15. Sed ego dixi. Quis es domine mi? et dominus noster dixit mihi, ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.

c) Ex antiquissimo huius translationis exemplo haec repetimus verba. Versus in fine illius memoria dignos, pace tua, B. L. tecum communicabimus:

§. II.

Artem criticam tum profanam, tum sacram nostro in primis aeuo
 ab acutissimis viris, neque sine emolumento permagno, nonnunquam
 felicissime exerceri, fatemur omnes. Sed dolendum omnino est, non-
 nullos horum virorum limites genuinae critices subinde audacter satis
 transgressos esse et nimio corrigendi et emendandi pruritu impulsos
 vulnera saepius deprehendisse grauia, vbi omnia sunt integra, neque
 vlla opus est medela. In scriptis humanis, quanquam laudari non de-
 bet, facilius tamen tolerari posset haec audacia; Iam vero, quum ean-
 dem, vt rite scribit M. IO. CHRIST. STEMLERVS, d) quae in pro-
 fanos auctores grassata est, recentium quorundam censorum proteruiam in
 sanctuarium quoque prorsus intempestive irrupisse et sacra diuinaque sa-
 pientiae reuelatae monumenta turbasse videamus; peruersos saeculi mo-
 res non possumus, cum optimis quibuscumque, non deplorare. Neque enim
 bodie desunt, qui sanctissimi Numinis verbum ad, nescio quas, Criticorum
 leges examinant, idque pro arbitrio suo in omnes, quas cupiunt, partes
 singunt ac refingunt. Hi codicem, divino spiritu annidente exaratum, et
 ex speciali Dei cura ab uniuersali corruptione immunem non aliter ac pro-
 fanos auctores tractant, parumque de summa, quam ei debemus, religione
 solliciti vrunt, secant, iam syllabam, nihil tale promeritam, expungunt,
 aliam temere inserunt, et falcam criticam ita sacris immittunt, nihil fere
 vt ab illa relinquatur intactum. Huc est effrenis illa et immodica quid-
 uis circa sacra audendi licentia, quae lascivis Criticorum ingenis con-
 cessa, dici non potest, quantas scripturae sacrae struat infidias, quantum-
 que caelesti veritati afferat detrimentum. Quibus adductis dicta sua
 exemplis illustrat Cl. Autor. Prouocat nimirum ad L V D O V I C U M
 CAP EL L V M, IO. MORIN V M, CLAVD.CAPELLAN V M, et qui omnes,
 ex sententia auctoris, audacia longissime post se reliquit, RICHARD.

SIMO-

Fontibus ex graecis hebraeorum quoque libris.

Emendata fatis et decorata simul.

Biblia sum praefens superos ego testor et astra,

Est impressa nec in orbe mihi similis.

Singula quaque loca cum concordantibus extant

Orthographia simul quae bene pressa manet.

Explicita est Biblia praefens, si habentur ibidem verba, Basileae, summa lu-
 cubratione per IO. FROBEN de HAMMELBVRCK Anno nonagesimo primo
 supra millesimum quaterque centesimum, die vero vicesima septima Iun. in 8.
 d) In Prooemio Diff. qua criticas profanae in sacris abusum demonstrat, Li-
 psliae, 1727. habitae;

SIMONIVM. Vtrum iure, an iniuria hi dicti auctores ad eorum, quos
antea merito perstrinxit auctor, criticorum numerum referendi sint,
vnicuique patere arbitramur. Inquiramus potius, quid de noua fo-
deris noui editione a 10. ALBERTO BENGELO publicata e) sen-
tiendum sit. Omnia si sub examen vocare vellemus neque tempus,
neque angustia huius chartae nobis sufficeret. Ex collatione cum aliis,
iisque optimis, Noui Codicis editionibus quilibet obseruabit, BENGE-
LII editionem ab omnibus saepissime recedere. Nunc addit et demit
Cl. BENGELO, nunc immutat et transponit varia, et vbiique, vt cre-
pat, fide et auctoritate optimorum codicum MSStorum, atque genui-
nis regulis critics. Profiterur quidem BENGELO, f) se hanc le-
gem sibi habuisse fixam: *vt ne syllabam quidem ullam, a pristinis edito-
ribus in textum non admissam, nunc primum admitteret;* Et defendit
quoque hanc regulam contra Auctorem Prolegom. ad Nouum Testa-
mentum Graecum, quae apud WETSTENIOS edita sunt; g) Sed strenue
hanc legem neglexit, et tam crebro textum N. F. huc usque a vi-
ris doctissimis receptum alia facie induit, vt verendum omnino sit, si
BENGELIUS imitatores nonnullos inuenturus sit, breui temporis spa-
tio prorsus alium, ac habemus, textum sacrarum paginarum N. F. ap-
paritum esse. Tantam libertatem, aut potius audaciam, nostra aetate
nullus editorum sibi sumisit. Euolus, precamur, Apocalypsin IO-
ANNIS, inuenies certe tot mutationes, quot vix ab alio, nisi BEN-
GELIO audacissimo expectari potuissent. Hinc non est, quod mire-
ris, etiam loco in nostro Act. VIII, 5. 6. verba: *σκληρόν τοι πρὸς κέντρος
λακτί-*

e) Tbingae, 1734. 4. mai. Maior haec editio in minori etiam forma ab ipso
editore publicata lucem aspergit sub inscriptione: Nouum Testamentum Gr.
ita adornatum, vt in textu medulla Editionum probatarum retineatur, atque
in margine ad discernendas Lectiones genuinas, ancipes, sequiores ansa
detur. Stutgardiae, 1734. 8. et nouissime Tbingae, 1738. 8. Maiorem
quoque editionem, excepto Apparatu critico, typis repetendam curauit
Cl. ANDR. BVTIGIVS hic Lips. 1737. 8. qui in praefatione nonnulla
contra Cl. BENGELO sapienter monuit. At plura et grauiora adhuc
monenda aliis reliquit.

f) In Apparatu Critico Editioni N. F. subiuncto, et quidem in Epilogo p. 871.
Repetit hanc legem in praefatione Edit. minoris §. 3. Cl. BENGELO. Im-
mo putat in Apparatu Crit. p. 869. plures dicturos esse, receptam lectionem
se plus defendisse, quam veritas fineret. Pace tamen illius nos non idem
putamus, sed potius censemus, illum receptam lectionem plus reiecisse, ac
par erat.

g) Amstelaedami, 1730. 4.

λαντίζειν. Τρέμων τε καὶ θαυμῶν ἔπει. Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι;
Καὶ ὁ πόνος πρὸς αὐτὸν, BENGELIVM e sede sua eieciisse, et in le-
ctionum variantium numero collocasse, adiectis signis ε. ζ. Quorum
prius ex sententia auctoris non probandam, quamuis a nonnullis pro-
batam, lectionem denotat; Posterior vero ad apparatum illius criticum
nos remittit. h) Scrutabimur ergo argumenta illius insignia, quibus
permotus est BENGELIVS haec verba nostra in exilium proscribere.

§. III.

Quum BENGELIVS verba nostra in translatione aethiopica
animaduerteret; Statim pronuntiat: i) *Videtur, illa glossam, ex paral-
lelis confectam, in margine Graeci exemplaris minus distincte scriptam,
lectamque referre.* Sed vnde, quaeso, diuina scientia BENGE-
LIO, quisnam mortalium hoc BENGELIVM nostrum docuit, et vbi
extat codex ille Graecus, qui hanc glossam, sit venia verbo, in margine
adscriptam habet? Neque tempus, quo glossa haec in textum, vt vo-
cant, sit relata, indicat criticus noster acutissimus, sed nescit, sed ita ha-
riolatur. Quo vero coniecturae suae colores adderet, ad cumulum
MSStorum deinde prouocat BENGELIVS, quorum tamen paucissima
oculis suis usurpauit. Contulit quidem, vt nos certiores reddit k) XV.
codices; Sed duo tantum eorum Actus Apostolorum in se continent,
AVGVSTANVS scilicet 6. et VFFENBACHIANVS 2. Ex aliorum
adeoque scriniis, incaute saepius consarcinatis, sapuit. Non omnem
denegabimus fidem viris doctissimis, qui vñquam contulerunt codices
MSStos, absit haec temeritas; Verum enim vero tristissima nos docet
experientia, multoties hos viros errasse, et varia veritati contraria ad-
mississe. Placet exempli loco iudicium de castigatissima, vt fertur, edi-
tione 10. MILLII, qui plurimos codices MSStos, in primis anglica-
nos, ipse inspexit et contulit, ab auctore Prolegom. apud WETSTE-
NIOS excusorum prolatum audire: *At ne istud quidem, inquit, I) ta-
le ac tantum opus suis caret naevis.* Nam, vt taceam plurima in Codi-
cibus, patribus, versionibusque MILLII diligentiam fugisse; Cl. item edito-
rem sibi non ubique constare, et saepius in Prolegom. eam lectionem admitte-
re, quae ab ipso in notis textui subiectis reiecta fuerat, quod lectori in-

B

commo-

i) Sic haec signa explicat auctor ipse in calce praefationis.

j) In Apparato Critico ad h. l. p. 616.

k) ibidem §. 7. p. 376.

l) Prolegom. C. XIII, de V. L. Collectoribus atque Editoribus §. 10. p. 154.

commodum quidem, sed in editori humano est; Non nullies tantum, sed decies nullies patrum aliquem, vel MS. vel versionem falso citat, sive erratis hypothetarum, sive aliter utcunque deceptus, uti inter legendum collatis ORIGENIS, CHRYSOSTOMI, THEODORETI, THEOPHYLATI, et versionis Syrae etc. verbis compperi. Pluribus etiam defectus et errores in opere Milliano obuios feliciter demonstravit DANIEL WHITBY S.T.P. et Ecclesiae Sarisburiensis Praecentor. m) Sed quid referit naevos *Millianos* recensere? Per multum sane. Ipse enim BENGELIVS apparatum suum criticum magnum compendium operis *Milliani* appellare non dubitat. n) Ipse BENGELIVS ad MILLII auctoritatem et fidem prouocat: o) Multorum locorum, sribit, fides est penes MILLIVM: quis enim omnia patrum loca ab eo allegata euoluerit? Vbi ergo MILLIVS bene, ibi et BENGELIVS, vbi vero ille male, ibi et hic. Sed euoluit permulta BENGELIVS, vt ipse scribit? p) Hoc ipsi largimur. Quis vero illa multa euoluta diuinando assequi poterit? Merito ergo ex his euinci posse arbitramur, non statim sine omni discrimine omnes, quas etiam doctissimi viri obseruasse praetendunt, varias lectiones pro genuinis et a DEO inspiratis verbis accipiendas, lectionemque semel receptam relinquendam esse. Hinc non video, qua ratione, quae fronte nescio, quas correctiones, mutationesque in codice N. F. afferent nonnulli, praecipue, quum aut nullos, aut quosdam solummodo leuioris momenti inspexerint codices, aliorum auctoritati nimium quantum tribuentes, quae nonnunquam sublestae admodum est fidei propter grauissimas, quas partim ex praecipititia, partim ex ignorantia commiserunt hallucinationes. Fraudes ut taceam. Praeclare rebus suis consuluisse putant hi doctissimi viri, si operibus suis pulcherrima statim in inscriptione apponant verba: cum lectionibus variantibus ex plus 100. optimis Codicibus MSSis, quos tamen nunquam viderunt, ingenti studio miraque diligentia collectis. Sed ne Satyram conscribere videamur, redeamus ad nostrum BENGELIVM, inquiramusue in optimos illos MSStos codices, quorum ductu verba nostra, temerarie omnino, proscriptis.

§. III.

- m) In peculiari libro, cui inscriptio: Examen variantium lectionum IOAN. MILLII, S. T. P. in Nouum Testamentum, cum prefat. SIEGBERTI HAVERCAMPi, Lugd. Bat. iterum typis repetito 1724. 8.
- n) In Epilogo Apparatus Critico adiecto p. 863.
- o) Ibidem p. 864.
- p) Ibidem loco antea citato.

Prouocat primo ad *Codicem Alexandrinum BENGELIVS*. Antiquissimum hunc esse codicem, affirmant omnes, sed non aequem affirmant, illum esse optimum. Vitiis hunc codicem haud carere ipse facetur BENGELIVS, q) verbisque suis fidem ut conciliaret, adducit THOM. GATAKERI testimonium, qui de illo ita iudicauit; *Codex ille tot in N. T. locis mendoſus, mutilatus, implicatus, interpolatus deprehenditur, vt aduersus lectionem receptam exilis admodum, aut nullius potius omnino ponderis esse videatur*. Auctor Prolegom. saepius auctotorum, qui studiose, ut scribit, r) cum editis hunc codicem contulit, pronuntiat: *plurimas in eo occurrere lectiones prorsus absurdas et falsas*. Cum quo testimonio etiam facit i o. CHRISTOPH. WOLFIUS. s) Neque BENGELIO, neque nobis datum fuit illum codicem inspicere. Hinc concedimus quidem, aliorum auctoritate suffulti, verba nostra in illo haud extare; Potestne vero auctoritas istiusmodi codicis, qui saepius errat, qui multis in locis mendoſus et mutilatus est, et qui plurimas habet lectiones absurdas, nos permouere, ut illius gratia expungamus verba quaedam e textu recepto? Minime gentium. Nam istiusmodi Codicis testimonium leuis omnino est ponderis, immo, fere nullius. Prouocat deinde BENGELIVS ad editionem *Bibliorum Completensium*. En textum ex illa repetitum: t) Καὶ πεσὼν επὶ τὴν γῆν ἤκουος φωνὴν λεγούσαν αὐτῷ σαουλ σαουλ. Τι μέ διώκει εἰπε δὲ τις εἰ κυρίε οὐδεκαὶ εἴτε εγώ εἰμι τὸς οὐ σὺ διώκεις οὐδὲ οὐδὲ τηλεφωνεῖ κ. τ. λ. Adiuncta ibidem latina translatio sic sese habet: Et cades in terram audiuit vocem dicentem sibi Saule, Saule, quid me persequeris, qui dixit. Quis es domine, et ille: Ego sum Christus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, et tremens etc. Ut videmus, verba nostra desunt. Sed quid volunt signa illa, loco verborum nostrorum posita? Nihil certe aliud, quam quod decesserint quaedam in codice Graeco, quem in primis sunt sequuti editores. Si autem fide et auctoritate optimorum MSStorum illi conuicti fuissent, nostra verba prorsus non esse genuina, cur, quaeſo, per signa defectum indigitarunt? cur translationem latinam ad textum graecum, vti saepius

B 2

fecer-

q) In Apparatu Crit. obseru. X, p. 398. sq.

r) C. II, §. 1. p. 9. et 11.

s) In Curis Philolog. T. II, in Examine locorum quorundam PAULLI, quorum receptam lectionem L. M. ARTEMONIVS sollicitauit p. 812.

t) Haec Editio omnium prima N. T. Graece prodit Alcalae, sive Complutē in Hispania A. 1514. fol.

fecerunt, non transformarunt? Gloriantur quidem Editores Complutenses in praefatione, se accepisse a Pontifice romano LEO X. codicem Vaticanum V. et N.T. Auctor vero Prolegom. saepius iam dictorum rationibus haud contempnendis adductis arbitratur, editores hunc codicem conferre vix potuisse. Nimium breve ipsi obstat tempus. v) MILLIO X) vero si credas, in Editione Complutensi occurunt plus minus centum lectiones singulares, quae cum Codice Vaticano non conueniunt. In Actis autem Apostolorum, pergit, et Epistolis haud ita prospera cessit Complutensibus diligens ista ad Codicem hunc unum conformatio. Varios praeterea errores in hac editione obuios inuenies detectos ab Auctore Prolegom. iamiam allegatorum. y) Commiserunt et omiserunt varia Editores. Omiserunt e. g. verba: 'Εν τῇ παρομίᾳ Αct. XIII, 17. προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον. Αct. XX. 38. ἐπιτελέσθαι 1. Petr. V, 9. ἔγειρα ύμιν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν αὐτὸν σιρχῆς. 1. Joh. II, 14. οὐ δὲ τῇ κόσμῳ λύπῃ θάνατον κατεγγάγεται 2. Cor. VII, 10. Si ergo auctoritas huius editionis tanta esset, cui BENGELIVS haec verba in textum recepit? cur non itidem ea proscriptis? Miror, de his omissis ne verbum quidem extare apud BENGELIVM in Lect. Var. I. Joh. II, 14. si excipias, quum tamen nobis persuadere haud dubitauerit, z) se accurate contulisse hanc editionem. Hic ergo habemus specimen exquisitae illius diligentiae. Ex quibus omnibus tandem concludere licebit: Editionem, quae tam multis scatet erroribus, firmum haud posse praebere argumentum proscriptionis querundam verborum. Hinc maiora desiderantur argumenta-

men-

v) C. X. p. 127. sq. Rationes, inquit, chronologicae sunt, quae nos cogunt omnino dubitare, utrum Complutensibus, quum N.F. ederent, exemplar Vaticanum ullum ad manus fuerit? N. F. impressio absoluta fuit X. Ian. 1514. Ultimo Febr. 1513. electus est LEO X. tunc temporis aegrotus, XI. April. coronatus est, ac postea demum cogitauit de instaurandis litteris, et PHILIP. BEROALDV M filium Bibliothecae Vaticanae praefecit, teste P. IOVIO; quod cum Hispanis innotuissest, per FERDINANDVM NON-NIVM PINCIANVM, Bononiae sub PHIL. BEROALDO patre litteris operatum, cum aliis, ut THVANVS Lib. XI, extr. testatur, comparatis magno pretio exemplaribus Graecis, etiam Vaticanii Codicis copiam (et quidem non ipsum αὐτόγενον, sed ἀπόγενον forte, sicut Veneti exemplaris) habuisse videntur. Perpendat iam mecum aequus lector tempus istis omnibus gerendis necessarium, locorum deinde distantiam: et iudicet, an fieri potuerit, ut Codex Vaticanus in tempore, h. e. ante finitam, ne dicam coepitam editionem N. F. Complutum perueniret?

x) In Prolegom. N. T. citatis n. 1092. p. 108.

y) C. X. p. 128.

z) In Apparatu Critico §. 38. p. 436.

mēta. Sed in nonnullis manū exaratis codicibus, quos tamen nunquam vīdit, adhuc quaerit praesidium, in quibus verba nostra exulare dicuntur. Exulent vero verba nostra in nonnullis Codicibus MSSTis, vbi vero sunt reliqui, quos viri contulerunt doctissimi? Respondemus ex BENGELO Apparatu: a) qui non citantur pro lectione variante, stant a textu. Multi adhuc deprehenduntur Codices, b) qui a BENGELO in Apparatu Critico non citantur pro lectione variante, a nostris ergo stant partibus. Hinc patet, extare codices, in quibus verba nostra desunt, extare et illos, in quibus adsunt. Si vero adsunt codices eiusdem aetatis et valoris, vbi et adsunt et desunt verba nonnulla, sola auctoritate horum codicium lis vix dirimi poterit, sed et alia argumenta in auxilium sunt vocanda. Habemus profecto firmissima argumenta, quibus verba nostra saepius commemorata a proscriptione Bengeliana iniqua vindicare, pristinoque loco restituere possumus.

§. V.

BENGELII rationibus depulsis nunc merito ipsi firmiora opponimus argumenta. A minoribus ad maiora progredimur. Prouocamus I) ad Versiones, in quibus verba nostra habentur. Extant vero in translationibus *Latina* HIERONYMI et *Syriaca*, vti §. I. videbis; Extant in *Arabica* et *Aethiopica*. Prioris verba latine reddita ita se habent A&T. VIII, 4.c) *Et collapsus in terram, audiuit vocem dicentem sibi, o Saul, Saul, cur tu me persequeris, v. 5. Ait o domine, quis es tu? dixit dominus: ego sum Iesus quem tu persequeris, durum tibi est mihi resistere.* Posterioris vero ita: A&T. VIII, 4. *Et cecidit prostratus statim super terram, et audiuit vocem dicentem: Saul, Saul, quare persequeris me, v. 5. et ille respondit ei, et dixit ei, quis es Domine, et dixit ei: Ego sum*

B 3

sum

a) Ibidem §. 8. p. 378.

b) Vide §. sq. Editiones ex optimis MSSTis typis repetitas. Cui licet 103 EPHI HALLE T indicem Librorum MSS. Gr. quos I. MILLIVS et L. KVSTERVS contulerunt, inspicere, ille obseruabit VI. praefantissimos codices a nostris stare partibus; Nobis nimur fauet n. 4. Magdalene coll. Oxon. primus. Inter praefantissimos. Cent. X. n. 68. Basiliensis secundus. Accuratus Cent. XII. n. 73. Lincoln. coll. Oxon. secundus, *accuratus, vetus* n. 75. Petavii Paris. primus. *satis accuratus* Cent. X. n. 79. Noui coll. Oxon. primus. *Nobile exemplar, notae optimae.* Cent. XIII. n. 84. Petavii Paris. secundus. *E probatioribus.* Nec non n. 71. Euthalianae editionis exemplar, quae facta fuit A. C. CCCCLVIII. En codices, en testes omni exceptione maiores! Prodiit hic index Londini, 1728. 8.

c) Exhibemus versiones has ex Bibliis polyglottis, BRIANI WALTONIS *Verba nostra extant Tomo V. p. 551.*

sum Iesu Nazarenuſ, quia tu perſequeris reſtum, tibi ſant plazze. Su-
 perfedemus Gallica, Italica aliisque verſionibus, quae potiſſimum natales
 debent Latinae. Solam adhuc germanicam, quae fontibus reſpondet,
 addimus translationem. Conſiderationem verſionum BENGELIVS ipſe
 appellat instrumentum ad initia diſcussionis aptiſſimum; d) Et hoc eſt,
 quod volumus. Quomodo enim, vertere potuiffent verba noſtra
 tranſlatores, niſi in MSStis graecis illa extiſſent? Hoc igitur instrumen-
 to aptiſſimo viſi ſumus in diſcutione proſcriptionis noſtrorum verbo-
 rum a BENGELIO factae. Sed non hoc vniſco gaudeamus fundamen-
 to; Habemus adhuc maiora. Prouocamus II) ad Editiones N.T. quae
 vñquam prodierunt, praefantifimmas. Habentur verba noſtra in primis,
 quas DESID. ERASMVS in lucem emiſit, Editionibus. e) Non alio-
 rum oculis, ſed noſtris noſmet ipſi has inſpeximus. Negare tamen
 haud nolumus, nos deprehendiffe in Annotationibus illius verba: *quod in plerisque codicibus graecis verba σκληρόν τοι κ. τ. λ. non adducerentur.*
 Quia vero ERASMVS in textu edenda curauit haec verba, prono exi-
 de fluit alueo, non adeo magna auctoritate illos *plerosque* codices
 fuſſe. Alias enim illorum ductu procul dubio omiſſiſſet haec verba
 ERASMVS. Fuerunt ergo alia ipſi ad manus MSSta, quibus maiorem
 tribuit fidem, quam illis *plerisque*, ERASMVS. Leguntur verba noſtra
 proſcripta in NIC. GERBELII Editione N.F. Hagenoae, 1521. 4. De
 qua confer IO. GEORG. PALMI librum de codicibus V. et N.T. Hamb.
 1735. c. 2. S. 7. p. 47. fqq. Inuenies noſtra verba in Editione Bibliorum
 Graecorum V. et N. F. cum praefatione PHIL. MELANCHTHONIS
 Baſileae, 1545. fol. publicata; Exhibentur in Editione N. F. ROBERTI
 STEPHANI prima, Lutetiae, 1546. 16. Et hanc in primis contra BEN-
 GELIVM virgemuſ. Ea ex cauſa, quia BENGELIVS illud Steph. 2.
 in Apparatu ſuo Critico ad l. n. pro defendenda ſua proſcriptione addu-
 cit MILLII fide deceptus. De hac ſua Editione in praefatione ita
 ſcribit STEPHANVS: *Siquidem codices naſti aliquot ipſa vetuſtatiſpe-
 cie*

d) In Apparatu Crit. §. 32. p. 388.

e) Vidimus Editionem primam a DESID. ERASMO editam Baſ. 1516. fol.
 apud FROBENIUM; Editionem II, ibid. 1519. nec non tertiam ibidem
 1522. De Prima Edit. ERASMI, conſer HERM. von der Hardt Histo-
 riā Reformationis P. I, p. 33. fqq. vbi ſplendidissimis extollitur laudibus;
 Secundam vero eo, quo par eſt, elogio ornauit IO. GEORG. SCHELHORN
 in Amoenitat. Litt. T. 1, n. 7. p. 222. fqq. Longe emaculatiōrem et ca-
 ſtigatiōrem hanc, priore pronuntiat IOAN. MILLIVS in Prolegomi
 N. T. n. 1124. p. 112.

cic paene adorandos; quorum copiam nobis biblioribus Regia facile sup-
pedivit, ex iis ita hunc nostrum recensuimus, ut nullam omnino litter-
ram secus esse patremur, quam plures, iisque meliores libri, tanquam
testes, comprobarent. Et in sequentibus STEPHANI editionibus verba
nostra apparent. Nostra praeterea refert verba Editio Bibliorum, quae
cura BENEDICTI ARIAIE MONTANI, Antwerpiae, 1569. sqq. apud
CHRISTOPHORVM PLANTINVM VI. Tom. in fol. prodit. Haec
iterum Editio probe notanda est. In calce enim Tomi VI. expressa
haec inuenies verba: *N. F. Graece, Syriace et Latine summa diligentia a PLANTINO excusum BENED. ARIAS MONTANVS ex PHILIPPI Catholici Regis mandato Legatus a se cum Complutensi et correctis aliis exemplaribus collarum recensuit et probauit Antwerpiae Calend. Febr. 1571.* Necessario ergo BENED. ARIAS MONTANVS grauissimas ha-
buit causias, vt verba nostra in Editione Compl. omissa, in textum refer-
ret. Exhibit porro nostrum, vt defendimus, locum Editio N. F. IM-
MAN. TREMELLII apud HENR. STEPHANVM 1569. fol. Neque
deest nobis suo testimonio Editio N. T. MATTH. FLACII illyrici, Baf.
1570. f. Consuluum quoque THEOD. BEZAE editionem quartam 1589.
fol. editam, obseruamusque, illam nobiscum facere. In notis quidem
subiectis p. 470. annotat, sibi videri verba nostra ex iis, quae commen-
morantur Act. XXII, 10. XXVI, 14. addita. Quum vero in textum po-
suerit illa BEZA, de veritate coniunctus minime censendus est. Alias,
sine dubio, omisisset. Reliquas, recentioris potissimum aei, editiones
praestantissimas, nimirum BRIANI WALTONIS, STEPHANI CVRCEL-
LAEI, IO. PRICAEI, IO. FELL, HENR. HAMMONDI, nec non IO.
MILLII, vt taceam, quorum Editorum nonnulli operam haud leuem
impenderunt in collationes MSSorum. Nullus tamen, et ne MILLIUS
quidem, verba nostra expungere est ausus, quamvis obseruauerit in qui-
busdam MSSis illa haud extare. Recepit verba nostra Editio, quae pro-
diit Londini 1729. 8. sub inscriptione: *The New Testament in Greek and Engl'sh. Containing the original text corrected from the Authority of the most Authentic Manuscripts.* Amicus certe hic consensus veritatis
luculentissimum est documentum. Hi profecto testes omni exceptio-
ne sunt maiores. Nam non pro lubitu, sed ductu MSSorum, propter
vetustatem paene adorandorum, et auctoritate correctissimarum editio-
num, hi viri doctissimi ediderunt tabulas N. F. Omnem igitur fidem
his viris, qui multa impexerunt MSSa ab iudicet BENGELIUS; aut
temeritatem suam agnoscat. Prius efficiet ~~minquam~~; Posterius, si
veritati

veritati studet, speramus. Prouocamus III) ad testimonium ΟΕCVMENI II. Eadem apud illum deprehendimus verba, f) ut hodie in recepta lectione extant: 'Ἐν δὲ τῷ πορέωδαι, inquit, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ καὶ ἔξαιφνης περίπραψεν αὐτὸν Φᾶς ἀπὸ τοῦ σύραντος, καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἤκουσε Φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ Σαοὺλ, Σαοὺλ, τὸ με διώκεις; εἶπε δὲ. Tis εἰ κύριε; ὁ δὲ κύριος εἶπεν, ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις, συληρόν σοι πρὸς κέντρα λαντίζειν. Τρέμων δὲ καὶ θαμβῶν εἶπε, κύριε κ. τ. λ. Et quum iter ficeret, contigit, ut appropinquaret Damasco. Et repente circumfusit eum lux de caelo delapsusque in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saul, Saul, quid me persequeris? Ait autem: Quis es Domine, et dixit Dominus, Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare; Et tremens ac stupens dixit, Domine etc. En testem adhuc grauiissimum, cuius auctoritate merito defendimus verba nostra esse genuina. Et tandem III) maximum nobis videtur argumentum peti posse ex ipsa narratione huius rei. Aut audiuit PAVLVS vocem ex caelo delapsam sibique dicentem: σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λαντίζειν; aut non audiuit. Si audiuerit, ad narrationem LVCAE omnino haec verba pertinent; si minus audiuerit, non pertinent ad illam. Prius confirmat ipse PAVLVS interprete LVCA Act. XXVI, 15 quae verba MSSorum et Editionum N. T. nullus Critorum vnuquam in dubium vocare tentauit. Ergo audiuit illa PAVLVS; Ergo sunt genuina; Ergo ad narrationem pertinent. Si pertinent ad narrationem non debent omitti, sed retineri. Ex his itaque omnibus, coniunctim sumitis, merito colligimus, BE NEGELIVM inique et nimis audacter verba oraculi nostri σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λαντίζειν e fede sua reieciſſe.

§. VI.

Restitutis vero loco Act. VIII, 5. verbis noua oritur difficultas, d Nimirum ratione ordinis. Praeponuntur enim Act. XXVI, verba συληρόν σοι πρὸς κέντρα λαντίζειν, verbis: ἐγώ δὲ εἶπον. Tis εἰ κύριε; ὁ δὲ εἶπεν. ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. Act. vero VIII, postponuntur illis. Hinc hi duo loci sibi videntur contrariari. Sed videntur; Non nulli, facili negotio, tolli posse hanc difficultatem arbitrantur, et, ut vel vnioco se expediant verbo, statuunt Synchysin. Scimus, Philologis haud

con-

f) In Enarrationibus in Acta Apostolorum c. XIII, p. 84. Opp. Tomo I, Lutetiae Parisi. 1631. fol.

contemnendis hoc medium arrisisse, inter quos eminent SALOMON GLASSIVS, g) IO. CHRISTOPH. WOLFIVS, h) et quibus se adiunxit WIGANDVS KAHLERVS. i) Sed, si vera fateri licet, haec ratio soluendi nodum nobis non videtur sufficere. Quid enim est Synchysis? Respondent Grammatici veteres FLAVIUS SOSIPATER CHARIT SIVS, k) DIOMEDES, l) et DONATVS: m) *Est hyperbaton obscurum, hoc est, ex omni parte confusum.* Id quod sequentibus illustrant exemplis, ex VIRGILIO petitis: Aen. Lib. I, v. 199. sqq.

Vina, bonus quae deinde cadis onerarat Acestes,
Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Diuidit,

Item Aen. Lib. I. v. 112. sq.

Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis, quae in fluctibus Aras.

Quis, quae so, mortalium istiusmodi confusione in S. Codice vñquam deprehendit, quam tamen Grammatici συγχύσεως vocabulo exprimunt? Aut aliud quidpiam apud Philologos denotat Synchysis, aut sine laesione sanctissimi Numinis in Codice S. admitti non potest. Sed nihil aliud videtur ex eorum sententia denotare hanc vocem. Pronocamus ad SALOM. GLASSIVM: *in sacris litteris, inquit, n) crebra est perturbatio verborum, sententiarum et rerum, quam uno verbo vocamus hysterologiam, et σύγχυσιν.* Vtrum hac ratione Synchyses concedi possint in S. litteris, iudicent alii, nos certe dubitamus. Neque soluitur dubium, et iam si statuatur Synchysis. Petitione nimirum, ut vocant, principii committitur. Quaerenti enim, cur haec, vel illa verba cum alio oraculo non conueniant? Si respondeas: Synchysis est, vel Latine si dixeris, traiecta sunt, haud facies satis. Hoc enim est in quaestione cur traie-

C

cta

- g) In Philologia S. Lib. IV, Tr. 2. de figuris Gram. obseru. 27. p. 591. et in Logica S. c. 3. p. 988. edit. Amst. 1711. 4. Sequitur etiam hic GLASSIVM, vti saepius, PETRVS GVARINVS in Grammatica hebr. et chald. Tomo II, p. 27. Paris. 1724. et 1726. 2. Voll. 4.
- h) In cursis Philolog. et Crit. ad Act. VIII, 5. Tom. I, p. 1140. Edit. 1733.
- i) In Satura duplii de veris et fictis textus S. traiectionibus, Lemgouiae, 1728. 4.
- k) Institut. Grammat. Lib. IIII. p. 246. in ELIAE PVTSCII Auct. Grammat. Lat. Hannouiae, 1605. 4.
- l) Lib. II, p. 453. in Eadem collect.
- m) p. 1775. ibidem.
- n) In Logica S. p. 988.

eta sint? Traiecta sunt, quia traecta sunt. Mira solutio! Magis pre-
ergo et melius, procul dubio, ii agunt, qui nullas concedunt Synchy-
ses in S. Codice obuias, et alia via difficultates tollendas censem. Init
laudabilem hanc rationem celeb. D. VAL. ERNEST. LOESCHERVS, o) et
FRANCISCVS WOKENIVS. p) Posterior etiam triplicem excogita-
uit explicationem nostri oraculi. q) En illius verba: Vel bis a Chri-
sto dicta sunt, quod ad maiorem timorem incutiendum faceret, ita ut pri-
ma vice expressa c. XXVI, 14. secunda vero vice dicta c. IX, 5. exstent. Vel
quia haec in uno actu continuo facta, LVCAM haec ita ordinare potuisse, vt e
re sua erat. Hinc, cum c. VIII, 6. tremor sequatur, minas immediate pra-
posit; Cum vero c. XXVI, 16. referatur gratiosa acceptio PAVLLI, minae
priori loco extant commodius. Vel, (quod forte et alii probabunt) LVCAM
c. VIII, omnino ordinem, quo omnia sunt prolata, obseruare,
c. XXVI, quoque LVCAM ordinem concionis Paullinac sine confusione referre,
vti qui in actu scribendi errare et confusiones admittere haud potuit;
PAVLLVM autem ordinem colloquii aliter, ac fuit, recensere, aut quoniam
e mentis confusione verba quidem, ordinem vero securus, memoria tenuerat,
aut quia hic non tam historiae ordinem recenset, quam oratorem agit, qui
res combinat, ut conceptus optime connecti possunt. Huc visque WOKE-
NIVS. Sed primam et secundam illius expositionem carere arbitramur
fundamento. Vnde enim probari poterit, quod CHRISTVS dupli-
vice haec dixerit verba? Neque licuit LVCÆ verba CHRISTI ordi-
nare, vt e re sua erant, sed uti prolata fuerunt, LVCAS narrare debuit.
Tertia vero, si rite explicetur, magis ferenda videtur. Non dubita-
mus, LVCAM Act. VIII, verba referre, uti a CHRISTO prolata et a
PAVULLO audita sunt. Scripsit enim ex inspiratione Spiritus S. adeo-
que fallere non potuit; Actorum vero XXVI, eodem Spiritu Sancto
produxit PAVLLVM ipsum loquentem, et se defendantem coram rege
Agrippa. Non alia ergo, sed eadem, quibus usus est PAVLLVS, ver-
ba in medium ut afferat LVCAS, necessario sequitur. Quid mali ex-
inde eminet, si affirmes, PAVLLVM in defensione sua verba, olim au-
dita, licet caussam nesciamus, ita coordinasse. Hinc hi loci sibi non
contrariantur. Act. VIII, LVCAS refert verba ut re vera audiuit PAVL-
LVS; Act. XXVI. adducit verba, ut ea protulit PAVLLVS. Et sic Syn-
chysi supersedere possumus.

SECTIO

- o) In Breuiario eximio Theologiae Exegeticae P. I. c. 3. §. 15. p. 67.
- p) In vindiciis textus originalis, siue, Pietatis Criticae P. II, contra Synchyses
Vitembergae, 1722. 8.
- q) l. c. p. 116.



SECTIO II.

Qua verba nostra : πρὸς οὐντα λαντίζειν,
explicantur.

§. I.

Prouerbiūm, uti haud male definiit D E S I D . E R A S M U S , a) e s t celebre dictum, scita quāpiam nouitate insigne; Hinc merito verba nostra πρὸς οὐντα λαντίζειν prouerbiis annumerari posse censemus. Sequimur rei naturam. Sequimur et antiquos et recentiores verborum nostrorum interpres, qui omnes, quantum nobis constat, in prouerbiūm numerum ea retulerunt. Inter quos Z E N O B I V M , b) D I O G E N I A N U M , c) S V I D A M , d) D E S I D . E R A S M U M , e) A N D R . S C H O T T U M , f) I O . V O R S T I V M g) nominare placet, ceteros ut taceamus. Locum adeoque inter prouerbia verbis nostris nemo, ut arbitramur, ab iudicabit. Cui vero potissimum linguae suos prouerbiūm nostrum debeat natales, dissentire deprehendimus eruditos. Paucis ergo eam, quam cum veritate congruere putamus, sententiam de origine prouerbiūm nostri ut exponamus necesse est.

§. II.

Fuerunt nonnulli, qui originem huius prouerbiū ex Hebraeorum lingua deducendam esse existimarunt. Hinc illi locum inter Hebraeos sic dictos concesserunt. Prouocamus in primis ad I O . V O R S T I V M .

C 2

Quidni

- a) In Adagiorum Collect. ab initio statim p. 3. Edit. F R O B E N . B a s . 1 5 2 8 . fol. Cui etiam subscripta definitione G E R A R D . I O . V O S S I V S in Institut. Orat. Lib. IIII. c. II. p. 265. Edit. L B . 1606. 8. Necnon THOM . C R E N I V S in prefat. ad F a s c . III . Exercitat. philolog. hist. L B . 1699. 8. Vbi simil variae Graecorum definitiones in medium proferuntur, quas etiam apud E R A S M U M l. c. inuenies.
- b) In Collect. Proverb. Graecor. quam edidit A N D R . S C H O T T U S Antuerpiae, 1612. 4. Cent. V, n. 70. p. 141.
- c) In antea citat. Collect. Cent. VII, n. 84. p. 247.
- d) Ibid. Cent. XII, n. 22. p. 520.
- e) Chiliane I, Cent. III, n. 46. p. 115.
- f) In Adagialibus sacris N. F. quae inserta sunt F a s c . III , Exercit. Philol. hist. a C R E N I O publicat. p. 413; quae Antuerpiae, 1629. 4. antea prodierant.
- g) In Diatriba de Adagiis N. T. c. XII, p. 67. Coloniae Brandenb. 1670. 4. Cui addendi: I O . D R V S I V S in Proverb. S. Classe I, Lib. III, n. 8. p. 1630. Tomo VI, Criticis Angl. insertis. Edit. Francof. 1696. f. Et S A L , G L A S S I V S in Rhet. S. Tr. I, c. 21. p. 917. Edit. Amst.

Quidni adagia N. T. inquit, h) in Hebraismis numeremus? Sane adagia ista (nullis ergo exceptis) sine vlla dubitatione hebraica sunt, et ex lingua hebreæ, in qua primum nata, in Graecam, ac porro in alias translatæ. Neque alii, quam hebreæ nationi cognita fuere. Verum enim vero vehementer dubitamus, vtrum de paucissimis, non dicamus multis, quae in nouo foedere occurunt, proverbiis iure asseri possit, sine dubitatione illa esse hebraica. Praecipue de nostro, πρὸς κέντρον λαυτιζεν, proverbio dubitamus. Neque argumenta nobis deesse vindicent grauissima, quibus a societate Hebraismorum proverbum nostrum vindicare possumus.

§. III.

Singulas quidem voces, ex quibus proverbiū componi posset, sed non integrum in codice veteris foederis hebraeo inuenies proverbiū. Sic occurunt duo vocabula hebreæ, quae κέντρον exprimunt, scilicet מֶלֶךְ et בָּרְבֵן. Prius legimus Iud. III, 31. **חַיָּה שָׁמָנָר בָּקָעֵת וַיַּד אֶת־פְּלִשְׁתִּים שָׁשׁ־מְאֹתִים אִישׁ בְּמֶלֶךְ הַבָּקָר.** Ex translatione S. E. B. SCHMIDII haec verba ita īēse habent: *fuit Samgar, filius Anath, et percuīt Philistaeos sexcentos viros stimulo bouis.* LXX. interpres, vti saepius, sic etiam nostro in loco verba hebreæ non sunt assequuti. Ita vero reddiderunt: *Ανέση Σαμεγάρης οὐδὲ Δινάχ, καὶ ἐπάταξε τὰς ἀλλοφύλας εἰς ἔχανος τὰς ἄνδρας ἐν τῷ αἰγατρόποδι τῶν βοῶν.* Quos sequens HIERONYMVS transtulit: *vomere percuīt. At ipsi Graeci, ut bene inquit i) SAM. BOCHARTVS, cur hic habeant ἐν τῷ αἰγατρόποδi nullus capio, neque cur Σαμεγάρης pro σταμάνη et Δινάχ pro σταμάνη posuerint.* Nullibi in sacro codice vomer, quem denotat αἰγατρόποδus, per מלך, sed potius per מֶלֶךְ e. g. i. Sam. XIII, 20. 21. exprimitur. Quod vero מלך idem sit ac graecum vocabulum κέντρον, Rabbinorum testimonia luculentissime probant. Communicauit illa nobiscum Cl. CHRIST. SCHOETTGENIVS, k) cuius pace R. KIMCHII verba latine redditā huc transcribere licebit: *est instrumentum, cuius extremitati alteri praefixus est aculeus, qui vocatur dorban, quo arator bouem pungit.* Vocatur autem ita, qui bouem quasi docet arare. Consentit praeterea interpres Chaldaeus. Consentit Trans-

h) Ibid. c. I, p. 2.

i) In Hierozoico Parte I, Lib. II, c. 39. p. 386. Edit. DAVID. CLODII, Francof. 1675. f.

k) In Schediasmate philolog. Sacro de stimulo boum, Francof. 1717. 4. §. 6. p. 9.

Translatio Iudeo germanica, l) vbi etiam legimus: mit einen Gewinn - Stock der Kinder. Hinc recte Lutherus: mit einem Ochsen-Stecken expressit מַלְכָּה. Insolita quidem haec Samgaris pugna stimulo bo- um, sed veteribus non plane incognita fuit. Lycurgus enim istiusmodi stimulo copias Bacchi persequutus est, illasque percussit, ut HOMERVS refert: i. A. z. v. 130. sqq.

Λυκούργος

Οσ ποτε μανιομένοι Διανύστοι τιθήνεις
Σεῦς κατ' ἥγαθεον Νυσσήιον αἱ δὲ ὄμοι πᾶσαι
Θύσθλα χαμαι κατέχεντα, ὑπ' αὐδροφόνοιο Λυκούργου
Οεινόμεναι Βουπλῆγι.

Lycurgus,

Qui olim furentis Bacchi nutrices
Persequebatur per sacrum Nyssium: illae vero simul omnes
Thyrsos bumi proiecerunt, ab homicida Lycurgo
Percussae stimulo.

Nos non latet, in translationibus nonnullis m) HOMERI loco stimuli, securim positum esse. Sed sine causa, ut nobis videtur, veterum translationes negliguntur. Βουπλῆξ vi compositionis nil aliud designat, nisi stimulum, quo boues percutiebant veteres. Id quod ev-
STATHIUS testatur. n) Βουπλῆξ, Σούνεντρον, ἡ πέλεκυς βοὸς αναιρετικὸς, ἡ μέση γνωμένη ἀπὸ τμήματος βύσης. Βουπλῆξ est stimulus, aut bipennis, quo bos interfici potest, aut flagrum ex loris corii bouilli confectionum. Nullo praeterea exemplo potest demonstrari, quod Βουπλῆξ, securis admittat significationem. Epitheton tandem, quod βεπλῆγι adiunxit OPPIANVS o), nobis non contrariatur, sed potius nostram confirmat sententiam.

Ἐνθ' ὁ μὲν ἐν παλάρητοι τανυγλώχιναι τρίσιναι
Πάλλει. ὁ δὲ ὀξεῖς αἰλδος βέλος. ὁ δὲ φέρστην
Ευκαμπῆ δρεπάνην. ὁ δέ τις Βουπλῆγα τίταινει
Αμφίτομον.

C 3

Ibi

l) Interpretē R. IEKVTHIELE, filio ISAACI BLITZ. Amst. 1677. fol.

m) e. g. STEPH. BERGLERI, Amst. 1707. 12. LAVR. vero VALLENSIS, cuius translatio prodiit Lipsiae, 1511. f. p. 27. et OBERT. GIPHANIVS in edit. Homeri Argent. 1572. 8. exhibent stimulum.

n) ad HOMERI II. z. v. 134. p. 629. n. 52. Tomi II. Edit. Rom. 1542. fol.

o) de Piscatione L. V, 255. sqq. p. 345. Edit. CONR. RITTERSHVSI L. B.
1597. 8.

Ibi alius quidem in manibus acutae cuspidis tridentem
Vibrat; Alius vero acutae hastae telum; Alii vero ferunt
Curuam falcem; Alius vero quispiam stimulum boum intendant.

Ancipitem.

Αμφίτομος procul dubio parentem agnoscit **αμφιτέμνειν**. Quid ergo impedit, quo minus **αμφίτομον βεπλάγγα** acriter pungentem, vel acutum reddamus stimulum? Mirari ergo, sed non negare Samgaris pugnam cum stimulo boum licebit. Libentius praeterea calculum adiucimus nostrum Cl. SCHOETTGENIO, p) quam CASPARO ABELIO, q) qui certe ingenii lusum magis, quam veritatem in explicatione huius oraculi demonstrauit. Sed redeamus nunc ad alterum vocabulum, scilicet **דָּרְבָּן**, quo in sacro codice stimulus exprimitur. Occurrit 1. Sam. XIII, 21. Miserrima Israelitarum conditio describitur hoc loco, quod nullos habuerint fabros, et quod coacti fuerint ad Philistaeos descendere **לִהְצֵיב הַדָּרְבָּן ad exacuendum stimulum**. Improprie adhibitum hoc vocabulum legimus Eccl. XII, II. **דְּבָרִי חֲכָמִים פְּרוּבָנָוֶת**, sapientum dicta sicut stimulus sunt. Probe haec posteriora verba LXX. Interpretes reddunt: **λόγοι σοφῶν ὡς τὰ βέκεντρα**, sed in prioribus iterum videntur hallucinati. Eorum enim translatio plane non respondet verbis hebraicis. **מֶלֶךְ** proprie est **contus**, seu stimulus, **דָּרְבָּן** vero **ferreus aculeus**, qui stimulo inditur. Hanc differentiam viri doctissimi ex Talmudicis scriptoribus probant, r) ubi legitur: **מֶלֶךְ שָׁבֵל עַהֲרָבָן**, baculus stimulus, qui absorpsit aculeum, id est, ferreum aculeum infixum habens. Per tropum vnum pro altero nonnunquam ponit, nemo non videt. Et haec de vocibus hebraicis **κέντρος** significationem admittentibus.

§. III.

p) Qui 1. c. §. 7. p. 10. existimat, Samgarem non solum tantum opus praestitisse, sed cum turba rusticorum tunc temporis cum ipso opus facientium. Vt si prius Dux pro toto exercitu ponitur. Iud. I, 13. 2. Sam. XXIII, 8, sic etiam Samgar tanquam dux reliquos duxit, et hostes profligavit eorum auxilio stipatus.

q) Hariolatur nimirum in seinen Hebr. Alsterthümer p. 234. Lips. 1738. 8 der Ort habe der Ochsen-Stecken geheissen, wie man etwa vergleichen Benennungen der Dörfer mehr habe, über Hundsfopff, der Hundsrücken &c. Quis vero mortalium pulcherrimam hanc Geographiam docuit ABELIVM. Nullibi in Hebraeorum Geographia, nisi in cerebro ABELII locus der Ochsen-Stecken nuncupatus occurrit.

r) R. MAIMONID. in Kelim c. 9, citante 10. BVXTORFIO in Lexico Chaldaico Talmudico-Rabbinico p. 572. Bas. 1639. f. 10. NICOLAO in Tr. de calcarium vsu et abusu, Francof. 1702. 12. c. 2. §. 8. p. 20. CHRIST. SCHOETTGENIO 1. c. §. 5. p. 8.

§. III.

Nunc vero ad eam, qua λαντίζειν exprimere videntur hebrei, vocem progredimur. Exprimunt autem λαντίζειν per verbum בָּעֵט Deut. XXII, 15. 1. Sam. II, 29. et Oseeae IIII, 29. Quanquam בָּעֵט, recalitrare magis, quam calcitrare significat, et in locis citatis improprie usurpatur; interim 10. VORSTII coniecuram non prorsus reiciendam putamus, quando scribit : s) Hebraei videntur dixisse בָּעֵט עַל מְלָמֶד, בָּעֵט אֲחֵי מְלָמֶד, calcitrare contra simulum. 10. DRVSIVS vero sic composuit:t) קשָׁה לְבָעֵט בְּרוּבָנֹתָה (durum est, calcitrare contra simulos. Concedimus etiam similes istiusmodi loquendi modos in Rabbinorum occurrere scriptis, e. g. apud R. IO-NAH: בִּסְרוֹן וְאֶל חַבָּעֵט, neque calcitres aduersus correctiones, v.) Quin immo, auctoritate Spiritus S. permoti credimus extitisse omnino istiusmodi prouerbium apud Hebraeos. PAVLLVS enim ipse nos reddit certiores Act. XXVI, 14. se audiuisse vocem τῆς ἑβραιῶν διαλέκτω loquentem. Haec omnia quidem declarant, apud Hebraeos fuisse in vsu prouerbium aut illo, quem supra suppeditauimus, modo, vel alio compositum; Quae vero nondum, quantum nos perspicere possumus, euincunt, Graecorum prouerbium, πρὸς κέντρον λαντίζειν, esse Hebraisimum, aut illius originem ex lingua hebraica esse petendam. Nam a litteratis viris, vt 10. CONR. SCHWARZIVS ait, x) dudum demonstratum est, diuersissimas linguas nonnunquam aliqua saltu habere communia. Multos omnino non solum construendi et dicendi modos, sed etiam prouerbia in scriptis Graecorum existere vides, quae similitudinem cum Hebraeorum lingua habent, immo habere debent, propter universalia, vt dicunt, componendi orationem principia. Quis vero inquam docuit in PINDARO, AESCHYLO aliisque deprehendi Hebraismos? Ritus praeterea, a quibus nonnunquam prouerbia deducuntur, non sunt Hebracis proprii, sed Graecis saepe atque Latinis communes, vt in nostro accidere animaduertimus prouerbio; Hinc immerito hoc, vel illud prouerbium graecum ab hebraeo statim repetitur ritu, quum ille etiam ritus apud Graecos solennis fuerit. Videlicet hoc ipse VORSTIVS et de nostro statuit tandem prouerbio: Quoniam tot scriptores Graeci phrasin πρὸς κέντρον λαντίζειν usurparunt, non pro adagio Hebraeorum proprio,

s) In cit. Diatribac. XII, p. 68. sed

t) In Proverb. S. loco antea § 1. sub litt. (g) indicato.

u) Debemus haec verba LUDOV. CAPELLO, quae inuenies in Criticis Engl. T. VIII, p. 2243.

x) In Praefat. ad Comment. crit. et philolog. N. T. Lipsiae, 1736. 8.

sed pro adagio Graecis, (Quidni etiam Latinis, saepius apud illos occurrit?) cum Hebraeis communi illa habenda videtur. Qua igitur fronte scribere potuit VORSTIVS, y) adagia N. T. nulli, quam hebraeae nationi cognita fuisse, illaque sine vlla dubitatione hebraica, et inter Hebraeos esse referenda? Miram adeoque constantiam et certam rei coniunctionem prodit VORSTIVS. Ab initio huius scripti omnia prouerbia N. T. pronuntiat hebraica, et quidem sine vlla dubitatione, in fine vero fateri cogitur, nonnulla etiam esse graeca. Id quod pluribus infra de nostro prouerbio demonstrabimus. Nunc enim paucis eorum sententiis sub examen vocabimus, qui assuererunt, prouerbium nostrum natales suos debere scriptoribus Latinis.

§. V.

In prooemio nostro iamiam obseruauimus, fuisse olim iniquissimos iudices, qui lectionem profanorum scriptorum angue et cane peius fugiendam esse censuerunt, quicquid? prorsus damnarunt. Nimia haec seueritas, aut magis sancta simplicitas horum librorum amatoribus ansam praebuisse videtur pias forsitan fraudes excogitandi, quibus lectio nem scriptorum profanorum, in primis poetarum, tanquam rem licitam et maxime utilem aliis suadere sunt aggressi. Hinc vtebantur hi viri argumento nonnunquam lubrico, aliquando etiam falso, ad persuadendum tamen rudioribus admodum idoneo. Asserebant nimirum nonnulli, CHRISTVM ab horum librorum lectione non abhoruisse, immo dicta sua stilo poetarum protulisse. Inter alia prouocarunt etiam ad verba nostra σκληρόγονοι πέρος κέντρα λαντιζεν, affirmaruntque ē TERENTIO illa esse petita. Horum in numero fuit etiam IO. BOCATIVS de Certaldo. Quum enim hic homo haud indoctus demonstrare voluerit, non esse exitiale crimen libros legere poetarum, et hoc, si Diis placet, validissimum usurpat argumentum: *Et vt reliquos, ait, z) postremo finam, quos aduersus bestialitatem horum possem inducere, nonne etiam ipse dominus et Saluator noster multa in parabolis locutus est comicō convenientibus stilo? Nonne et ipse aduersus PAVLLVM prostratum TERENTII verbo usus est?* Scilicet, durum est tibi contra stimulum calicitrare. Verum absit, vt putem, tum dominum a TERENTIO quantumcumque diu ante fuisse, quam haec dicta sint verba, assumisse. Sufficit mihi satis esse ad firmandum propositum Salvatorem nostrum voluisse quantum-

y) Loco saepius dicto c. I, p. 2. Priora vero verba leguntur p. 68.

z) Lib. XIII, περὶ γενεalogίας Deorum c. 18. p. 378. Edit. MICYLLI, Bas. 1532. fol.

tumcumque verbum suum atque sententiam ore TERENTII fuisse prolatum, ut appareat non omnino esse cibum daemonum carmina poetarum. Eodem fere modo XICCO POLENTONVS, Cancellarius Patauinus Saec. XV. dignitatem et auctoritatem poetarum demonstraturus loquitur. Postquam enim docuit PAVLLVM verbis poetarum aliquoties fuisse usum, sic pergit: a) *Id vero domini monitum, quod dictum ad PAVLLVM LVCAS euangelista in Actibus Apostolorum refert: durum est tibi contra stimulum calcitrare, TERENTII sententia est.* Miramur profecto acutissimam horum virorum rationem concludendi. Largimur ipsis in TERENTIO b) legi:

namque infiditia est,
Aduersum stimulum calces.

Immo ante TERENTIVM deprehendi in PLAVTO: c)

*Nugae sunt. Si stimulus pugnis caedis, manibus plus dolet:
De nibilo illi est irasci, quae te non flocci facit.*

Quod proverbiū apud Eundem PLAVTVM Chalinus seruus propriis eloquutus est verbis: d)

*Stultitia est, ei te esse tristem, cuius potestas plus potest.
Quo vero iure exinde poterit formari conclusio, CHRISTVM proverbiū πρὸς νέντρα λανθάνειν desumisse ex TERENTIO? Non solum aetate PLAVTI et TERENTII proverbiū hoc tritissimum fuit, sed etiam in scriptoribus Graecis, his viris longe antiquioribus, quos infra adducemus, frequenter occurrit; Hinc eodem, id est, nullo affirmari posset argumento, CHRISTVM ore PINDARI, aut AESCHYLI suam protulisse sententiam. Mittimus haec, et CHRIST. SCHOETTGENII verba de illis prolata nostra facimus: e) haec recensuisse, est refutasse. Praecipue quum pluribus haec somnia dudum exploserit insigne quondam Hamburgensem decus IO. FRID. MAYERVS. f)*

D Ori

- a) Lib. II, de Scriptoribus Linguae Lat. MSCto, quos cum orbe litterario communicabit primum Excell. I. E. KAPPIVS, Patronus noster indulgentissimus, cuius beneficio haec XICCONIS verba debemus.
- b) In Phorm. Aet. I, Sc. 2, 27. sq. p. 1062. T. II. Edit. ARN. HENR. WESTHOVII, Hagae C. 1726. 4.
- c) In Trucul. Aet. III, 2, 55. sq. p. 1213. edit. FRID. TAVBMANNI, Vitembergae, 1612. 4.
- d) In Casinae II, 4, 4. p. 323.
- e) In Schediasmate iam dicto §. XIII, p. 21.
- f) In lectu dignissima Diff. vtrum Christus legerit Platonem, vel Terentium, Hamburgi, 1701. §. 6, p. 12. iqg.

Origo ergo proverbi nostri male repetitur ex lingua latina. Sed ex graeca, vti ex mox dicendis apparebit, est repetenda.

§. VI.

Varia apud veteres Graecos in vsu fuerunt instrumenta, quibus iumenta ad cursum pellebantur incitabanturque. Nomina eorum non diligenter solum collegit, sed etiam pro more suo pererudit ipsa explanavit instrumenta 10. SCHEFFERVS. g) En ipso nomina: Ράβδος, κέντρον, βέλκεντρον, βέλκεντροβέργια, μάσιγες, καλάνιφος, ἥμαδλη, φραγγέλλειον, βέπληγες, ἄπονε, ὑππληξ, ὑπριχίς, ὑπεξ, αἰραγαλωτὴ μάσιξ, μύώπος, ἐγκεντρίδες, βέλευγες, et, μισσογεῖς. In horum igitur numero deprehendimus quoque κέντρον. Erat vero κέντρον baculus acuminatus, aut cuspide ferrea instruclus, quo iumenta ad cursum excitabant Graeci. Equos stimulasse hoc baculo Graecos clarissime docet IVL. POLLVX, equestria dum recenset instrumenta. "Esi δὲ ἵππικὰ ὄργανα, inquit, h) σειραγωγεὺς, δυταγωγεὺς, κέντρον, μύώψ, ὑποχαλωδία ἱνία. Equestria autem instrumenta sunt catena, habena et lorum equi, stimulus, calcar, oreae, habenae. SVIDAS vero κέντροι τὰ τῶν ἵππων πλῆκτρα appellauit. i) Flagellorum adeo, quibus hodie viimur, loco Graeci adhibebant κέντρα. Sic legimus apud HOMERVM, Antilochum equos suos ad cursum stimulo excitasse:

- Autiλοχος δὲ ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε,

Kέντρῳ ἐπισπέρχων.

Antilochus autem adhuc etiam multo magis agebat

Stimulo adurgens. - - - - - k)

Tydei vero filium lacrymas effudisse, quod illius equi, qui sine stimulo alias celeriter currebant, ab Apolline retardati fuerint:

Τοῖο δὲ πόπ' ὁ Φθαλμῶν χήτο δάκρυα χωριέντοι,

Οὐνέντα τὰς μὲν ὅρα ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ιούσας,

Οἱ δὲ οἱ ἐβλαύφθησαν ἀνευ κέντροι θέαστες.

Eius vero ex oculis effusae sunt lacrymae indignantis,

Quod illas quidem videret iam etiam multo celerius euntes,

Sui vero malo diuinitus immisso retardarentur sine stimulo currentes. l)

Hinc

g) In Libro de re vehiculari veterum Lib. I, c. 14. p. 186. Francof. 1671. 4.

h) In Onomastico Lib. I, c. XI. (Segm. 216.) Vol. I. p. 130. Ex Edit. TIB.

HEMSTERHVISII, Amst. 1706. fol.

i) Tomo II, p. 296. Edit. LVDOLPHI KVSTERI, Cantabrigiae, 1705. f.

k) I. 4. v. 429. sq. l) I. 4. v. 385. sqq.

Hinc equos *κεντρηνέας* appellat HOMERVS lA. ε. 752. et lA. Σ. 396.
Τῇ ἑα δι αὐτάων κεντρηνέας ἔχων ἵππες.

Hac (*via*) per eas stimulo parentes regebant equos.

Non solum vero equi, sed etiam alia iumenta, in primis boues arantes *κέντρω*, instrumento aratoribus admodum commodo excitabantur, ut ex figura illius facile potest videri. m) Expressis praeterea verbis testatur SCHOLIASTES PINDARI, n) Graecorum aratores *κέντρον* adhibuisse ad excitandos boues. Τῶν γὰρ βόων οἱ ἀτακτοὶ πάστοι τὴν γεωργίαν *κεντρίζομενοι* ὑπὸ τῆς ἀξέντος, λακτίζοσι τὸ κέντρον, καὶ μᾶλλον πλήττονται. Qui enim ex bobus in agricultura officio suo non funguntur, ab arante stimulo foduntur; Quod si vero contra stimulum calcitrent, tunc adhuc magis punguntur. Confirmari etiam haec possunt ex SIRACIDE XXXVIII, 25. Τῇ σφιδήστερᾳ οἱ πρατῶν ἀρότες, καὶ παυχώμενος ἐν δύρατι o) *κέντρῳ* βόας ἐλαύνων καὶ σιναρεφόμενος ἐν ἔργοις αὐτῶν, καὶ ἡ διήγησις αὐτῷ ἐν υἷοις τρέψων. Quomodo fiet sapiens, qui tenet aratum, qui gloriatur in stiua; Qui boues stimulo agit et in eorum operibus conuersatur, et qui de filiis taurorum narrat? Quo factum est, ut Graeci κέντρον etiam *βέκεντρον* appellarent, quia boues praincipue stimulo increpue. Ex his itaque satis apparere putamus, quod Graeci ad cursum *κέντρῳ* impulerint iumenta, equos nimirum et boues praeferunt arantes. Latinos consuetudinem Graecorum excitandi iumenta ad cursum stimulo imitatos pluribus doceri posset testimonii.

D 2

At,

- m) Exhibuit illam PHIL. RUBENIUS in Electorum Lib. I. c. 30. p. 32. Antuerpiae, 1608. 4. et 10. CLERICVS in peculiari pictura, vbi agricolae instrumenta videbis ad HESIODI Opera et Dies v. 425. sqq. p. 261. Amst. 1701. 8.
- n) Ad Od. II, v. 173. in Pythionicis p. 193. Edit. NIC. SVDORII, Oxonii, 1697. f.
- o) Vulgarem horum verborum lectionem et distinctionem veritate permoti reliquimus, et SAM. BOCHARTI emendationem, quam nobiscum communicauit in Hierozoico P. I, Lib. II, c. 39. p. 382. sequuti sumus. Hunc etiam sequutus est IO. ERNEST. GRABE in splendidissima LXX. Interpr. editione Oxonii, 1709. f. publicata. Ita vero in CHRIST. REINECCI edit. Lips. 1730. 8. legitur: *καυχώμενος* ἐν δύραι *κέντρος*, *βόας* ἐλαύνων κ. τ. λ. Quid enim volunt verba: *ἐν δύραι κέντρος, in hæsta stimuli?* Nemo, ut recte obseruat BOCHARTVS, reperietur, qui stimulum bouis sic vocauit. Vedit hoc vulgatus interpres, hinc ita haec verba vertit: *qui gloriatur in iaculo: stimulo boues agitat.* Vocem vero δέρν minus recte expressit *iaculo*. Alias *hæstie* denotat. Quum vero hic de aratro usurpetur, per *stiua* exprimendam esse censemus. *Hæstie enim aratri est stiua.*

At, vel tria sufficiant testimonia. Equos stimulo excitasse Romanos ex PLAVTO discimus, ita vero scribit: p)

Multa mibi imperas, Apollo : nunc equos iunctos iubes.

Caperem me iradomitos, feroceis : atque in currum inscendere.

Vt ego hanc proteram leonem Getulum, olenem, edentulum.

Iam adstisti in currum : iam lora teneo ; iam stimulum in manu eſt.

Hoc etiam P. PAP. STATIVS docet: q)

Nec iam sufficiunt stimuli, non verbera.

Neque defunt nobis testes Latini, quorum subsidio vsum stimuli in exceptandis bobus arantibus probamus. Prouocamus ad TIBULLVM:

Ipſe feram teneras maturo tempore vites

Rufſicus, et facili grandia poma manu

Nec tanen interdum pudeat tenuiffe bidentem,

Aut stimulo tardos increpuisse boues.

Videtur quidem ex verbis L. I. M. COLV MELLAE^{s)} contrarium posse euinci, quando agricolae suadet: *Voce potius, quam verberibus terreat, ultimaque fuit opus recusantibus remedia plague;* Nunquam stimulus laceſſat iuuenium, quod retractantem, calcitroſumque eum reddit; Nonnunquam tamen admoneat flagello; Sed non contrariatur nobis. Dissuadet ſolummodo COLV MELLA vſum ſtimuli apud iuuenium, quod stimulus eum calcitroſum reddit. Quomodo vero hic dissuadere potuiffet vſum ſtimuli, niſi adhibuiffent illum agricolae? Hinc verba COLV MELLAE ita intelligimus: Boues labori iam adſueti et tardi ſtimulo quidem poſſunt ad ambulandum excitari; Iuuenos vero labori affuefaciendoſ praefat voce potius, quam verberibus et ſtimulis admovere. Et ſic COLV MELLA a noſtriſ ſtabit partibus. Ceterum annotatione quidem dignum eſt, Romanos ſtimulis etiam vſos eſſe ad homines, in primis vero feruos, excruciantos, puniendoſ, immo interficiendoſ; Aſt, variaſ ſtimuli ſignificationes hic colligere, aut eruere, minime eſt animus, hinc ea omnia, quae dici potuiffent, ſilentio praeterimus, et ad explicationem prouerbi nostri propius pedem promovebimus noſtrum.

§.VII.

p) Sic loquitur Menaechmus ad Senem Menaech. Aſt. V. Sc. II. 109. fqq. p. 621.

q) Thebaid. L. VI. 460. p. 533. Edit. 1.0. VEENHVS ENII, L. B. 1671. 8.

r) Lib. I, Eleg. I, v. 7. fqq. ex Edit. IANI BROKSHVSII, Amſt. 1708. 4. In aliis Editionibus verba noſtra paullo inferius, ſcilicet v. 29. fqq. leguntur, quibus JOSEPH. SCALIGER primus eum, quo citauimus, locum adſcripsit. Vide edit. cum Notis Varior. Lutet. Parif. 1604. apud MORELLVM.

s) De re rustica Lib. II, c. 2, 26. p. 419 T. I. Script. rei rust. a 10. MATTH. GESNERO, Lipſ. 1735. 4. edit.

• • • (o) • • •

S. VII.

Quum igitur clarissime pateat, Graecos νέντρου, instrumento ad laedendum per quam idoneo, excitasse iumenta ad currendum; Facile intellectu est, haec iumenta ex istu stimulorum nonnunquam acerbissimos percepisse dolores. Dolores vero et ne animalia quidem libenter perferre possunt, hinc non est mirum, quod haec iumenta dolores auertere tentarint. Tentarunt vero cum eorum damno. Haec enim iumenta, rationis expertia, medium auertendi dolores idoneum eligere haud potuerunt, calcitrando contra stimulum dolores depellere laborarunt. Eorum vero operam non frustraneam solum, sed etiam maxime ipsis nocuam fuisse, quis non videt? Quo magis enim recalcitrarent equi, aut boves, stimulo excitati et laesi, eo grauiorem laesionem sibi arcessuerunt. Dolores adeoque non minuebant, aut prorsus depellebant: hac ratione iumenta, sed magis magisque augebant. Probe haec perspiciens AESCHYLI Scholia^{t)} scripsit: πρὸς νέντρου κῶλον ἐντείνει ὁ βῆς. λακτίζει γὰρ κεντρέμενος ὑπὸ νέντρῃ. ὥστε λακτίζει πρὸς νέντρου, καὶ τὸ κῶλον αἰμάττει. ὁ γὰρ πρὸς νέντρου λακτίζων τὸς ιδίας πόδας αἰμάττει. Omni tempore fuerunt homines inepti ac stulti, qui iumenta haec quasi imitantes, iis quoque hominibus fese opponere saepe sunt aggressi, quorum potentiae cedendum magis, quam resistendum ipsis fuisse propter grauiora, quae sibi attraxerunt, mala. Horum igitur hominum stultitia occasionem dedit poetis et oratoribus, ut verba πρὸς νέντρου λακτίζεν significatione improoria ad eos accommodarent. Et haec, sine dubio, est origo tritissimi huius proverbi. PINDARVS eo primo apud Graecos est vsus: v)

χρὴ δὲ πρὸς
Θεὸν οὐκ ἐργεῖν.
οποτετ vero contra
Deum non contendere.
Et paucis interieatis deinde pergit:
Φέρειν δὲ ἔλαφρῶς,
Ἐπαυχένιον λαβόντας
Συγόν γ' αἰρήγει. Ποτὶ νέντρου δὲ τοι
λακτίζεμεν, τελέθει
Ολιμφόρος οὖμας.

Ferre

t) Ad Prometh. v. 322. p. 36. Edit. THOM. STANLEI, Londini, 1663. f.

s) In Python. Od. II, v. 161. sqq. et 171. sqq. Integra Scholia addere placet, quae NIC. SVDRIVS in Editione sua p. 193. exhibet: μάκεδον δὲ τῷ τύχῃ λαβέσθων ὄντας συμφέρει, οὐ δὲ προπή ύπο τῶν βοῶν. Τῶν γὰρ βοῶν οἱ ἀτακτοὶ πιπτὰ τὴν γεωγύλαν κατεβίσμενος ὑπὸ τῆς ἀρέντος, λακτίζει τὸ κέντρον καὶ μάλα πλήγονται.

*Ferre vero leuiter,
Super humeros assumtum
Iugum (mihi) prodest. Contra stimulum vero
Calcitrare, est
Perniciosa ratio.*

AESCHYLUS duobus in locis quoque exhibet nostrum prouerbium: x)
Οὐκεν, ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλω,
Πρὸς κέντρα καλού ἐκτενεῖς, ὃςδιν ὅτι
Τραχὺς μόναρχος, ἐδὲ ὑπεύθυνος, ηὔστεῖ
Nequaquam tamen, me monitore usus,
Contra stimulus pedem protendes, cernens, quod
Monarcha asper, nulli obnoxius, imperet.

Et altero in loco:

Πρὸς κέντρα μὴ λάντιζε, μὴ πήσας μογῆς,
Ne contra stimulus calcitres, ne patiendo labores.

Addendum tandem **EVRIPIDES**, apud quem bis legitur: y)

Πεν. Οὐ μὴ Φρεγάστεις μ', ἀλλὰ δέσμιος Φυγῶν,
Σώσει τόδ', ἢ σοι πάλιν ἀνασρέψει Δίκην.

Αγ. Θύσιμ' αὖτε, μᾶλλον, ἢ Θυμέμενος
Πρὸς κέντρα λαντίζομεν θυητὸς ὁν, θεῷ.

Ρεν. Nequaquam me castigabis: sed vincitus (aut) elapsus fuga,
Seruabis hoc (tuum corpus,) aut alias infligam tibi poenam.

Νυν. Potius illi (Baccho) sacrificarem, quam furens
Calcitrarem aduersus stimulus DEI ipse mortalis existens.

Alio in loco ita:

Πρὸς κέντρα μὴ λάντιζε τοῖς ηὔστεσι σε.

Contra stimulus ne calcitres in eos qui potestatem in te habent.

Et haec ex auctoribus profanis, qui dudum ante natum CHRISTVM floruerunt adduxisse sufficient. Minime vero eo fine haec testimonia collegimus, ut probare exinde sit animus, CHRISTVM verba sua ex illic desumisse. Absit haec impia mens! CHRISTVS fons sapientiae hoc fonte haud eguit. Interim luculenter appetit, hoc prouerbium fuisse in Graecia notissimum, adeoque originem illius neque ex Hebraeorum, neque ex Romanorum lingua iure repeti posse. Fallunt

Et

x) in Prometh. v. 322. p. 36. SCHOLIA ad h. 1. iam supra produximus. Alter vero locus extat in Agamem. v. 633 p. 400.

y) In Bacch. v. 791. sq. p. 192. Part. II. Edit. IOSEPH. BARNESIT, Cantabrigiae, 1694. fol. Posteriorem locum ex Pelias exhibet STOBAEV Serm. III, p. 37. Edit. Aurel. Allobrog. 1609. f.

et falluntur ergo, qui in verbis N. F. πρὸς νέντρα λαυτίζειν Hebraicum, vel Latinissimum quaerunt. Ast quaerant, nunquam vero inuenient! Obseruamus praeterea, quod hoc prouerbium de irrito semper, et admodum perniciose conatu Diis, aut potentioribus audacter resistendi usurpetur. Hoc etiam sensu apud venerabiles, quos sic salutamus, patres nostrum legimus prouerbium. Sic deprehendimus apud IGNATIVM: z) σκληρὸν τὸ πρὸς νέντρα λαυτίζειν; Apud ATHANASIVM: a) Τέτο καὶ σοὶ συμβελέουμεν, μὴ μάχε πρὸς τὸν δεδωκότα σοι τὴν αρχὴν τάυτην, μὴ ὀπτὲν εὐχαριστίας αἰσθήσῃς εἰς αὐτὸν, μὴ διώκε τὰς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, μὴ αἴσθῃς καὶ σὺ σκληρὸν σοι πρὸς νέντρα λαυτίζειν, ἀλλ’ εἴδε καὶ ἀκέσθη, οὐαὶ καὶ σὺ πειθῆς, ὡς ἄγιος Παῦλος. Hoc tibi suademus, (Sic loquitur Liberius ad CONSTANTIVM, Imp.) ne pugnes contra eum, qui tibi hoc imperium dedit: ne pro gratia impietatem illi referas, ne persequere illos, qui in eum credunt, et ne tu quoque audias, durum est tibi contra stimulum calcitrare: atque utinam vel sic audias, ut et tu quoque, quemadmodum PAULLVS, credas. Et apud CHRYSOSTOMVM: b) Καὶ γαρ ὁ πῦρ οὐαίπτων, ἔαυτὸν κατακαίει· καὶ ὁ ἀδέμαντα παιῶν, ἔαυτῷ ἐπηρεάζει· καὶ ὁ πρὸς νέντρα λαυτίζων, ἔαυτὸν αἰμάττει. Qui ignem incendit se ipsum comburit, et qui adamantem percutit, sibi ipsum documentum parit, ac qui contra stimulum calcitrat, se ipsum cruentat. Quae posterioris verba mirifice prouerbium nostrum illustrant. Addimus tandem etiam IULIANVM, c) Imp. cuius in orationibus nostro prouerbio locus relinquitur. Χρὴ δὲ καὶ ἐγερόντεμ τιμῷ, ἐπειδὴ τέτο θεῖς ἐξινόμος. καὶ πειθεδαι γε οἱ ἀνὴρττη, καὶ μὴ βιάζεσθαι, μηδὲ ὁ Θεος ή παροίμια, πρὸς νέντρα λαυτίζεις. Verumtamen et ei loco, ubi primum nati sumus, habendus est honor, quoniam ita diuina lex praecepit: et quicquid imperauerit obtemperandum illi est, neque vis inferenda, nec, ut proverbio tritum est, contra stimulos calcitra.

Latini scriptores eodem, ac Graeci, sensu admittunt hoc prouerbium. Testimoniis supra §. V, adducatis adiungimus eximia AMMIANI MARCELLINI verba: d) Antonius quidam, ait, ex mercatore opulento Rationarius Apparitor Mesopotamiae ducis, tunc protector, exercitatus et prudens, perque omnes illas notissimus ter-

E

ras,

- 2) In Epistola ad Philadelphenos in Collect. Patrum Apostolicorum I. B. COTELERII Tomo II, p. 84. Edit. IO. CLERICI, Antuerpiae, 1698. f.
- a) In Epist. ad solitarium vitam agentes p. 835. opp. Tom. I, Colon. 1686. f.
- b) In Homil. XLII, al. XLIII, in Matth. c. XII, 33. p. 454. Tomi VII, opp. ex edit. BERNARDI de MONTFAVCON, Parif. 1727 f.
- c) Orat. VIII, f. Epistola ad Salustium p. 246. Opp. ab EZECH. SPANHEMIO, Lipf. 1696. f. edit.
- d) Lib. XVIII, c. 5. p. 212. Edit. IAC. GRONOVII, L. B. 1693. 4.

ras, aviditate quorundam nexus ingentibus dannis, cum iurgando contra potentes se magis magisque iniustitia frangi contemplaretur, ad deferendam potioribus gratiam, qui spectabant negotium, inclinatis: ne contra acuminata calcitraret, flexit se in blanditiis moliores.

§. VIII.

Ex iis itaque, quae hoc usque in medium produximus, facili negotio genuinum sensum oraculorum Act. VIII, 5. et XXVI, 14. felicissime erui posse, haud immerito auguramur. CHRISTVS nimirum ad SAVLV M, qui totus in eo erat, ut CHRISTO illiusque membris sese omni vi atque potentia opponeret, inquit, σκληρὸν τοι πρὸς κέντρα λαυτίζειν, irritum, vanum, maximeque noxiū erit, contra me, diuina potentia praeditum, adeoque te longe potentiorē insurgere. Brutorum induis natūram. Quemadmodum enim iumenta frustra non solum contra stimulum calcitrant, sed etiam vehementius sese calcitrando laedere solent; ita et tu imprudenter admodum mihi resistere tentas, et quo magis repugnabis, eo grauiores repugnando tibi conciliabis poenas. Inscita est, nugae sunt, si stimulus pugnis caedis, manibus plus dolet. Ethic est, ni fallimur, verus verborum nostrorum, σκληρόν τοι πρὸς κέντρα λαυτίζειν, sensus. Hinc pro ea, ac par est, modestia reiicimus THEOPHILI AMELIIE) horum verborum sinistram explicationem. Ita vero in hunc locum commentatur: nach der heil. Grundsprache heißt es eigentlich: Dass du dem Triebe der göttlichen Bekehrungs-Gnade dich widerstehest, das ist deines Herzens Härtigkeit zu schreiben. Sequitur hic AMELIUS IO. CLAUDIVM, f) qui τὸ σκληρόν τοι, pro σκληρώτης σε possum esse putat. Sed putat. Recte enim IO. CHRISTOPH. WOLFIUS g) monet, hanc interpretationem neque vocum structuram, neque usum scriptorum aliorum, neque scopum CHRISTI hic pati. Structura vocum hanc interpretationem non admittit. Si hoc loco Adiectiuum pro substantiuo possum esse, scribendum fuisset minime σκληρόν τοι, sed σκληρόν ος; Usu scriptorum deinde repugnat haec interpretatio. Σκληρὸς nunquam duritatem cordis, haec peculiari voce σκληροναεδία exprimitur, denotat, sed usurpatur de re dura, graui et non ferenda. Sic legimus Io. VI, 60. σκληρὸς ἐστιν θεος ὁ λόγος. De vita dura adhibet HERODIANVS; h) de lapide, liture, scipulis et frenis, adhiberi posse σκληρόν, testatur POLLUX. i) Hanc significationem,

quam

- e) Tom. I. p. 93. der Erörterung der dunkeln und schweresten Stellen N. T. Cölln, 1711. 8. f) Protulit hanc interpr. IO. CLAUDIVS dans les Oeuvres posthumes Tom. I, p. 202. g) In Curis Philolog et Crit. in Act. VIII, 5. p. 1141. Edit. secundae. h) Lib. II, c. 9, 2. p. 94. Edit. BALTH. SCHEIDII, Argent. 1694. 8. i) Onomast. Lib. VII, c. 27. (Segm. 123.) p. 776. Lib. I, c. 9. (Segm. 115.) Lib. X, c. 13. (Segm. 56.) p. 1213. Edit. cit.

quam defendimus, nostro in loco locum inuenire adiectum *σοι* docet. Id quod ex simili Graecorum ratione loquendi appetat. Testem habemus HOMERVM, l. φ. v. 184. sq.

Χαλεπίν τοι ἐριθεός Κρονίων
Παισὶν ἐργέμεναι
- - - Arduum tibi praepotentis Saturniē
Cum filiis contendere.
Et alio loco: scilicet Odyss. κ'. v. 305. sq.
- - - Χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θυητοῖσι.
- - - Difficile effossu
Viris utique mortalibus.

Vt taceamus, nostrum prouerbium eodem sensu adhiberi in scriptoribus supra adducatis profanis. Aduersatur tandem huic interpretationi scopus loquentis. CHRISTVS enim his minis SAVLO frufraneum illius conatum resistendi, et grauiores imminentes calamitates ante oculos ponere, atque hoc modo ad meliorem vitam illum perducere volebat.

§. VIII.

Animus quidem erat nonnulla etiam hic addere, quae ad illustratiōnem Germanicorum verborum, wider den Stachel läcken, aliquid facere videbantur. Verum enim vero consilium mutare nos angusti, quibus circumscripti sumus, fines coegerunt. Mutauimus quoque libentius consilium, quum deprehenderemus, doctissimos viros nobis otia fecisse. DIETERICVS enim de STADEN, k) IO. BÖDIKERVS, l) M. HENRIC. IAC. SIVERS, m) atque IO. GEORG. WACHTERVS n) omnia fere, quae dici poterant, nobiscum iamiam communicarunt. Sensus praeterea Germanorum prouerbii prorsus cum Graeco coincidit. Omnis res ad recte scribendi rationem vocis läcken redire videtur. Origo huius vocis obscurior est, quam illius significatus. Haec vox denotat Latinorum lambere, saltare, exaltare et recalcarare. Quando lambere significat scribi solet lecken, et deriuant eam nonnulli a PP⁷; Quando vero saltare etc. denotat scribunt laecken, et originem illius a Graecorum λαξ, λακτίζειν repetunt. Löcken vero prorsus proscribunt. Nostrum in praesenti iudicium interponere non placet. Placet vero coronidis loco verborum nostrorum


trans-

- k) Explicatione vocum difficil. Germanic. a b. D. M. LVTHERO in translatione Codicis S. vſupatarum vernacula conscripta p. 389. Edit. tercia 1737-8.
l) In principiis lingv. Germ. vernacula editis p. 230. Edit. IO. LEONHARDI FRISCHII, Berol. 1723. 8. m) In schediasmate Exeget. in A& VIII, 5. Norcopiae, 1735. 4. oculis nostris illud haud vſupauimus. Notitiam illius debemus auctori Nou. Litter. Tübinger. germanice edit. Tübinger, 1736. 8. p. 400. n) Vide Glossarium illius, Lipsiae, 1737. fol.

translationes, et quidem antiquissimas, Germanicas hic exhibere, quas lectoribus nostris haud ingratas fore speramus. Prodeant ergo verba nostra ex prima, o) vt fertur, Germanica translatione, ita vero ibidem legimus: *hert ist dir zestrepten wider den Garten.* Huic adiungimus antiquissimam editionem sine anno publicatam Augustae Vindelicorum splendidissimam, forma vero maxima in folio, vbi verba nostra sic se habent Germanico sermone expressa: *Vnd du er gieng den Weg. es geschab das er genahet zu Damasco. vnde ein Liecht vmlieuchtet in gehling vom Himmel. er viel nider auf die Erd. vnd hort ein stym. sangent zu im. Saule. Saule. warumb durchächst mich. Er sprach. o Herr. wär bistu. Er sprach. Ich bin Jhesus von Nazareth. den du durchächtest. hört ist dir zestreiten wider die Anfechtung des Fleyssch.* Fere consentit cum hac translatione Editio eadem antiquissima, Norinbergae, publicata. p) *Schwer ist dir zestreiten wider dy Anfechtung des Fleyssch.* Audiamus nunc HIERON. EMSERI translationem: q) *Es wird dir schwer werden, widder den Stachel zu tretten.* io. DIETENBERGIVS ex EMSERO sapuit, hinc eadem: *es wird dir schwer werden wider den Stachel zu treten, retinuit verba.* r) D. MART. LVTHERI ad vnam omnes, quas vidimus, translationes s) verba nostra exhibent, vti et hodie legimus. Ab eadem vero hac lectione recedit translatio bibliorum tigurina, t) vbi ita; *Es wird dir schwär werden wider den sticher zefüßen.* Nunc in medium ut proferamus translationem dialecto Saxoniae inferioris conscriptam temporis ratio iubet: v) *ydt wert dy swar werden yegen den Preckel achter vtcvlaen.* Cum qua fere conueniunt Biblia Belgica ex iussu Synodi Dorracenae edita: x) *het is u hardt de versenen tegen de prickels de vlaen.* Lutherana vero translatio Belgica y) cum antecedenti quidem quoad sensum, sed non quoad verba est eadem, ita ibidem legimus: *het sal u swaer werden tegen den prickel achter myt te vlaen.* Et haec de translationibus antiquis sufficiant. Cur vero auctor primae translationis Germanicae προς ζεύγες, wider den Garten, Norinbergensis, wider die Anfechtung des Fleyssch reddiderit, et ne diuinando quidem assequi valemus. Aliis ergo hanc spartam libenter relinquimus. Recentiores Germanicas LVTHERVM haud sequentes translationes omisimus, quia in omnium illae plerumque sunt manibus. Tantum!

- o) Hanc edit, quae prodiit 1467. f. descriptam inuenies in Biblioth. S. IAC. 1e LONG P. II, c. 9. p. 186. Edit. S. V. D. CHRIST. FRID. BOERNERI, Lips. 1709. 8.
 p) 1483. fol. per Ant. Koburgerum. In hac et in antecedenti translatione Actus Apost. redduntur: das Buch der Würkung der zwölff Boten. q)
 Dredæ, 1527. f. r) Moguntii, 1534. f. s) Vidimus Edit Vitemb. 1522. f.
 per Melch. Lother, Argent 1530. f. Vitemb. 1534. f. Lips. 1541. f. Francof.
 1579. f. Ienae, 1594. 4. t) per Christoph. Froeschouerum, 1551. fol. v)
 Magdeburgi, 1578. f. x) 1641. f. y) Amst. 1648. f.

S. D. G.



QK 430,23^a DISSERTATIO. CRITICO. PHILOGOGICA
 DE
 GRAECORVM. PROVERBIO
 ΠΡΟΣ
KENTPA. ΛΑΚΤΙΖΕΙΝ
 AD. LOCOS
 ACTORVM. VIII. 5. ET. XXVI. 15
 ILLVSTRANDOS

BIBLIOTHECA
 PONICKAVIANA

QVAM
 IN D V L T V
 AMPLISSIMI. PHILOSOPHORVM ORDINIS
 IN
 ACADEMIA. LIPSIENS
 PLACIDO. ERVDITORVM. EXAMINI
 PVBLICE. SVBMITTVNT
 P R A E S E S
M. IO. GEORGIVS. HAGERVS
 OBERKOZAVIENSIS
 ET
 RESPONDENS
ADAMVS. IOANNES. KAPPIVS
 THEOL. ET. PHIL. CVLTOR

LIPSIAE. D. XXIIII. SEPTEMBR. A. O. R. CIC 10CC XXXVIII

EX. OFFICINA. LANGENHEMIANA

II
 695

